


*De elocutione*

40CAA



# De elocu-

TIONIS IMITA-  
TIONE AC APPA-  
RATV LIBER VNVS.

AUCT. IAC. OMPHA-  
LIO IVRECONS.

*comblardin*  
AD CARDINALEM  
BELLAI VMEPISCO.  
Parisiensem.

*Simon Colinaum*

PARISIIS  
Apud Simonem Colinaum.  
1537

L 40 CAA

Clinardus N.



Ampliff. viro D.

IO. BELLAIO CARDI-  
NALI ET EPISCOPO PARISI-  
ENSI, IA. OMPHALIVS IVRIS.  
CONSULTVS S. D.



MAGNA quædam  
res est, cū ad mul-  
titudinis in nos a-  
morem cōmouē-  
dum, tū verò ad  
eas res gerendas,

quarū splēdor omnis atq; amplitu-  
do cū Reipublicæ dignitate est cō-  
iuncta, animi prudentia excellere.  
Vni homini hanc rationis consiliiq;  
dignitatem admirabilis naturæ be-  
nignitas concessit: eaque maximè à

a.ij.

BL  
T  
01  
cæteris, quæ ad passionē abijci vo-  
luit, seiunxit animātibus. Cuius tā-  
ta vis est, vt ea instituti, nihil in his  
circumscriptionis vitæ regionibus præ-  
ter honestatē, & illam rectè factorū  
præclarissimorumq; in Rempubli-  
cam meritorū laudem magnopere  
expetamus: in eaque persequenda  
nec labore frāgamur, nec rebus de-  
bilitemur aduersis. Neque tamē in  
hac, qua omnes trahimur, scientiæ  
cognitionisq; cupiditate acquiesci-  
mus: sed longius etiā, q̄ vitæ nostræ  
ratio tam lubrica postulat, de nomi-  
nis æternitate spe atq; animo cogi-  
tamus. Omnes enim, qui posterita-  
tis sensu, excellētūq; hominum  
cogitatione conformati in circun-  
fluente laude ac virtute versamur,  
sempiternū quiddā, & nulla sæcu-  
lorū memoria intermoriturū spe-

ctare videmur: ne si cū vita, cuius  
vt exiguū curriculū, sic immensum  
glorię spatium natura dedit, nostri  
memoriā dimittendā putaremus,  
nulla pro Republica dimicatio, nul-  
la ciuiū defensio, nullū ad verā illā,  
grauem ac solidā gloriā consequē-  
dam studium adhiberetur. Nūc ve-  
rò insidet in animis nostris alta quę-  
dam prudētię vis, quę nos ad omnē  
maximarū rerū cognitionē ducit,  
impellitq; omnē vt ingenij vim, o-  
mnē curam, animiq; cōmētationē  
ad percipendā virtutem & colendā  
conferamus: alijs otium & volupta-  
tem, nō nobis quæramus: deniq; in  
omni vita caueamus, ne animorum  
motibus perturbati, eiusmodi quip-  
piā agamus, cuius adferri ratio pro-  
babilis non possit. Hæc illa est præ-  
stans & præpotens animi excelsi &  
a.iiij.

BC  
BL  
T  
016

bene à natura cōstituti magnitudo, quæ olim præcipitante Republica, clarissimos viros, ne repentina cōcitæ multitudinis oppressione percussi, ab officij religiōe declinarēt, in graui semper ac perpetua laborantis Reipublicæ propugnatione retinuit. Hæc Themistoclem, virū laudi atq; gloriæ natū, ne vel Miltiadis calamitate, vel Aristidis fuga à rebus præclare gerendis auerterentur, magnū atq; fortem ad omnem periculorū contēptionē fecit. Hæc Mutij Scæuolæ, hæc M. Attilij Reguli rectū ac liberū in patriæ libertate defendenda sensum aduersus infestos sæuiētis fortunæ casus cōfirmavit. Hęc vna efficit, vt vniuersam bene beatēq; viuendi rationē in cōsiliij dignitate, in animi magnitudine, in rerū humanarū contem-

ptione cōstituamus. Nulla est ætas, nullus vitæ cursus, nullus Reipublicæ splendor, qui nō prudētiæ regatur magnitudine. Quicquid immensa hæc rerū vniuersitas continet vel laude excellens, vel dignitate admirabile, huius luce illustratur. Vt igitur ex omnibus, quæ quidē homini sūt expetenda, nihil vel præstātius, vel admirabilius hac animi prudētia atq; elatiōe natura nobis tribuit: ita eloquentia cum nullū adhuc lingue atq; cordis dissidiū extaret, essetq; propter eā, quam inter se omnia ingenuarū artiū studia habent, cognitionem, cōmune nomen sapiēter sentiendi & ornatè dicēdi, à maioribus nostris Philosophia semper fuit appellata: & iam inde à cōstituto Romani populi imperio egregias nobis, & vt fortasse pulcher  
a.iiij.



BC  
BL  
T I  
016

rimas, si longè præstatiores, quàm  
homines opinantur, attulit vtilita-  
tes. Complectitur enim suo quasi  
ambitu omnem magnarum disci-  
plinarum, omnem omniū rerū, quæ  
ad vitæ institutionem, quæ ad vir-  
tutem, quæ ad Rempublicam per-  
tinent, cognitionem & scientiam.  
Et hunc nobis honestissimæ digni-  
tatis ac gloriæ fructum amplissimū  
præbet, quòd eiusmodi quædam ar-  
ma suppeditat, quibus vitæ nostræ,  
quæ omnibus fortunæ hominūmq;  
insidijs est exposita, flexū in perpe-  
tua ac æquabili sine vlla dignita-  
tis amissione fortuna tenere, ægras  
ac laceratas Reipub. partes ample-  
cti, eijcere ciuitate audacissimorum  
hominum pestem, amplificare lau-  
de atq; honoribus optimorū ciuiū  
integritatē, mœrētes ac metu debi-

litatos ab angoribus, à metu, à de-  
speratiōe abducere, nocētes ac per-  
ditos homines vehemēti actiōe p-  
sternere, ōnia ad patriæ decus atq;  
gloriā referre queamus. Eloquētia  
eos, qui hac via ingressi fuissent, in  
āplissimo & laudis & dignitatis gra-  
du collocauit. Huic vni, constitutis  
iā vrbibus, maxima honoris pposi-  
ta fuere præmia. Hæc præstātissimi  
homines vberrimis ingenijs & do-  
ctrina abūdātes tota vita ob id cre-  
do summopere expetendā esse du-  
xerūt, quòd ōnes prudentiæ partes  
cōprehēdat. Cū enim oratio animi  
sit index, qui elegāti, illuminata, &  
admirabili dicēdi ratione, quæ cūq;  
cogitatiōe cōceperit, explicare, alio-  
rūmq; in se volūtates cōuertere po-  
test, eū necesse est præstātius quid-  
dam, q̄ alios, mente cōplecti: cum

80  
BL  
T  
014

hoc ipso optimo præstantissimóq;  
naturæ munere, quo solo bestijs  
homines præstât, cæteris egregiè  
antecellat. Nihil vtilius largiri ho-  
mini diuina puidètia, nihil cõple-  
cti mēs humana excellētius, nihil  
ex òni rerū pulchritudine præstā-  
rius fingi excogitariq; prudēte po-  
tuit oratiōe. Itaq; cū magnū sit no-  
mē, magnus honos, magna òniū in-  
genuarū artiū dignitas, multāq; res  
preclare, quibus ciuilibus vitæ ratio sū-  
ma oīm cū vtilitate explicari possit,  
nulli tamē magis prodesse cūctis re-  
bus humanis credūtur, q̄ qui lauda-  
bilē eloquētiā ad res gerēdas adferre  
queāt. Animaduertit hoc FR AN-  
CISCVS Galliarū rex Christia-  
nissimus, qui te P O N T. A M-  
P L I S S. in turbulētissimis nuper  
Reipub. fluctibus, omnibus tēpesta

tibus impēdētibus, vt nauē guber-  
nare, saluāque ex magna iacta-  
tione in portu collocare, iudicio  
fenatus, populo approbāte, totius  
Galliæ cōsensu summę rerū præfe-  
cit: vt is Reip. atq; huic Vrbi propo-  
situs videretur, cuius opera, sua cun-  
ctis vel in otio dignitas, vel in graui  
cõmuniū tēporū cōuersione, vitæ  
ac fortunarum salus possit cōstare.  
Perspexit enim Princeps prudētis-  
simus, excellentes atq; incredibiles  
virtutes maximis theatris, quasi or-  
bi vniuerso, ī hac rara naturę tuę fœ-  
licitate esse ppositas, mirificā vim  
iudicij, animū benè ac preclare libe-  
ralibus artibus ad gloriā, ad dignitā-  
tē, ad Rēpub. capessendā instructū,  
eloquētiā admirabilē, mirā in omni  
laudis genere præstantiā, eam in re-  
bus agēdis industriam, nulla vt res,

quæ quidē in hominis sit potestate,  
incidere tāta queat, quæ nō tuo re-  
gi possit cōsilio, & cōseruari aucto-  
ritate. Quæ ex re, cum tibi & apud  
eos, quibus crudeli hostiū oppressio  
ne afflictiis magno in periculis adiu-  
mento, solatio in laboribus, exēplo  
virtutū omniū in Reipub. ægris ac  
ppè depositis partibus excitandis  
fuiſti, & cunctas orbis terrarū gētes  
nominis ac laudis cōstituta sit æter-  
nitas, tū verò maximè apparet, quā  
tā lucē ac gloriæ splēdorē Galliæ at-  
tulerint vniuersæ ea, in quibus miri-  
ficos pgressus fecisti, eloquētiae stu-  
dia cum prudētia coniuncta. **E S T**  
**E N I M** hæc iucunda atq; illustris  
cōmuniū literarū vtilitas, q̄ earū cō-  
formatio, quoties ad eximiā naturā  
accesserit, incredibile vim prudētiae,  
cōsiliij, dignitatis in cōmunē pfert

fructū: nec animorū solū incredibi-  
les motus ingenijq; celeritatē pdu-  
cit, verū etiā florētibus rebus laudē,  
afflictiis verò atq; pstratis pfugium  
solatiumq; præbet. Sed vt magnū te  
atq; excelsum ad omnē laudādarū  
rerū excellētiam fatorū benignitas fin-  
xit, quæ scilicet voluit ciuiū tē salu-  
ti, fortunarū ppugnatiōi, laudi atq;  
glorię nasci: ita mirari satis nequeo,  
cū ætate & quadā senescētis sæculi  
barbaria in veteris eloquētiae pturba-  
tionē deuenimus, potuisse tamen  
te in laboriosissima vitæ ratione, in  
magnis occupationibus tuis, cū pu-  
blicarū rerū pcuracione, tū verò to-  
tius regni Gallici gubernacione di-  
strictū tantā vim optimarū discipli-  
narū cōprehēdere, ad eamq; illā pa-  
cis, otij, societatis humanæ **CON-**  
**CILIATRICEM. ELO-**

80  
BL  
T  
01

Q V E N T I A M adiungere, cuius adūbrationē pleriq; eloquētię studijs ardētes, otio etiā diffluētes, nō dū sunt cōsecuti. Q d̄ meū de maximis animi tui virtutibus iudiciū, si nō ex ea, cuius mihi aditū fecit singularis ornatissimi viri D. Io. S A B O N I E R cōmēdatio, cōgressione nostra verē rectēque facere possem: tamē in hac mea me sentētia facilē retineret magnus ille ingeniorū iudex Io. A B A N G E S T O, Episcopus & Comes illustrissimus Nouiodunēsis, qui tuas mihi p̄claras animi dotes, quoties de Eloquētię studijs, de communibus literis, de Reip. administratione, de rebus amplectēdis q̄stio incidit, p̄dicare mirabiliter solet. Est enim vir ille, vt ipse scire possis, & eruditi oēs agnoscūt, non solū oī-

bus honoris, familię, dignitatis ornamentis splēdidissimus, verū etiā ingenio diuino, eruditione p̄stabili, scriptiōis mira elegātia: & vt ego qdē iudico, magnū laborātis eloquētię p̄sidiū. Erit fortasse, erit aliquādo dies, quo illud abūdātis ingenij flumē excurret, & ea, q̄ egregiē inchoata, magnam adhuc expectationē excitāt, in lucē p̄feret. Atq; hęc mea p̄stātis virtutis, eruditionis, humanitatis tuę opinio fiduciam mihi attulit, has meas de eloquētię imitatione ac apparatu cōmētationes nomini tuo inscribēdi: p̄pter ea q̄ tu is sis, qui eā eloquētię gloriā, quę sensim ruere ac ferri ī naufragiū nup̄ cœperat, in Gallorū possessionē īferre maximē possis. Hoc enim vnū in toto libro egimus, in hęc rem, quātū in nobis viriū fuit,



cōtulimus, vt cū ipsi ppter ingenij  
egestatē, lōgissimē ab illa verā elo  
quētię adumbratione adhuc abes  
semus, cōsilio tamen pdesse posse  
mus iuuentuti. Et tanq̄ sobrij faci  
unt medici, qui cum valetudini suę  
ppter naturę infractionem mede  
ri nequeunt, alijs tamen prudēter  
p̄cipere solent: sic nos, quod ipsi  
in his miseris & afflictis studiorum  
reliquijs assequi nō potuimus, alijs  
proponimus imitandū. Quāobrē à  
nobis hęc, quantaunque sint, quo  
niam maiora nō audemus, qua so  
les benignitate accipies: ex eoque  
solo metieris, quòd neminem tibi  
in hac Eloquentiæ suffragatione  
p̄ferendum putaremus. Vale.  
Parisijs Calend. Mart. 1 5 3 7.

# De Elocutionis

IMITATIONE AC APPA  
RATV LIBER VNVS.

AVCTORE IACOBO OMPHALIO  
IVRECONSULTO.



## De vtilitate imi tationis.



QVOD M. TVLLIVS  
in libris officiorum p̄  
cipit, ut cum grauibus se  
pe communiu temporum  
fluctibus obiecti, in mediū  
rerum discrimē deuenia  
mus, eiusmodi uitę consti  
tuamus rationem, cuius in  
perpetuitate æquabili ac prospera fortuna, con  
stare nobis queamus: idem in paranda elocutione,  
quæ uitę societatisque conciliatrix est, faciundum  
a. i.

Elocutio so  
cietatis hu  
mane cons  
iliatrix.



erit, ut eius certa quaedam indoles tanquam idea ad eorum effingatur imitationem, quorum similes in dicendo uel aliqua ingenij cum laude, uel sine graui suscepti laboris frustratione esse uelimus. Nam qui ne minem ex tanta auctorum uarietate, quorum diuersa est styli facies, diuersa dicendi maiestas, imitandum sibi, aut non optimum atque summum proponit, eum uel prauum iudicij, uel animi abiecti, puerilique desperatione fracti esse necesse est: cum nec in eligendo, quod sequeretur, exemplo prudentiam, nec in aggreduendo relationem animi magnitudinemque secutus uideatur. Fit enim, ut qui nulla similitudine ducti, in nullo uersentur exemplo, eorum infringatur conatus, debilitetur industria, omnisque animorum ardor, qui rectis studiis tum constantiam, tum dignitatem adfert, langueat atque restinguatur: dum huc illuc tanquam in magna iactatione, sic in explorum uarietate errantes, portu in quem ex alto inuehant, excludantur. Et qui potioribus neglectis, ad eos animum conuertunt, quorum ingenij praestantiam si imitando consequantur, ab optimo tamen atque ab omni laude felicissimo aliquando absint, non tam rei, quae traditur, magnitudine ab optimis deterriti uidentur, quam angusti cuiusdam animi imbecillitate fracti non summa elegisse: in quibus etiam praestantia sunt ea, quae optimis sunt proxima.

MAXIMA AUTEM CVM INGENUARUM ARTIUM, tum uero civilis actionis laus, omnisque uitae ratio imitatione continetur: cuius studium ad eam magnam in rebus gerendis alacritatem

In parada  
eloquentia  
male negli  
gi imitatio  
nem.

Imitatione  
omnia ma  
gnarum reru  
amplitudine  
contineri.

magnitudinemque nobis adfert, ut excellentium hominum cogitatione conformati, ad eorum omnium, quae illustrem in alijs laudem habent, ambitum cupiditatemque inflammemur: nullaque re alia perinde ad exurgentem uerae laudis ac gloriae amplitudinem, atque emulatione et exemplis incitemur. Cernebat hoc animis princeps orbisque terrarum uictor Populus Romanus, qui praestantissimorum hominum, quibus aetas illa affluebat, res praecclare gestas triumphum laude ac statutis erectis ob id maxime illustrauit, ut exemplum iuuentus, traducta ueluti in memoriam illustrium uirorum imagine, quod in publicis priuatisque rebus imitaretur, haberet. Ut enim omnibus in rebus naturae uis admirabilis primas tenet, quae homini tanquam principi animantium rationem, scientiam, uirtutumque omnium cognitionem, bestijs atque brutis sensus, suum attribuit munus, quae stirpes quoque uoluit, ut terra altius se tollerent, frondescerent aestate, ac fructus funderet, nudaretur hyeme: sic proximè ad naturam accedit imitatio, uehemens quaedam impulsio, qua ad eorum, in quae alta quadam mente intuemur, similitudinem deducimur, fingimur, informamur. Cuius impulsu literarum ductus pueri, docentis uoce musici, hominis industriae similia, uerba peritacus proferre conatur. Et tanquam rustici probatam experimento agriculturam in exemplum trahunt: sic nobis magni aliquid, atque arduum aggressuris prudens et sobrius dux quidam, cuius in uestigijs defixi animo atque cogitatione prudentiam emulemur, quasi signum aliquod spectandam proponitur.

a.ij.

In rebus  
agendis dux  
eligendus.

ni debet: ut quarum rerum gloriam ac laudem ambiamus, quibus ducibus eae laudes comparentur, in ijs exprimendis multum et operae et diligentiae ponamus: ut aliorum, qui idem aliquando feliciter sunt conati, successu atque auspicijs conformati, optimarum laudum spem uiamque ingrediamur. cum praesertim usu uenire, ut iam diximus, soleat, ut qui nullis instructi exemplis, nulla excellentioris naturae bonitate, ceu maiore quodam uimine afflati, cuius uirtutis effigiem, certo uoluntatis iudicio emulentur, non unum aliquem sibi proponant, eos quum plurimum diligentiae ad id quod aggredi statuissent, plurimum ambiguitatis, plurimum denique sollicitudinis sibi imposuerint, longe tamen minus quam ex tanta studij uehementia sperauerint, consequi emolumentum uideamus. Nam in rebus gerendis, quarum nulla expressa animo est imago, aut quae in sui nos excitat emulationem, nulla proposita est similitudo, grauis saepe et laboris et spei faciunda est frustratio. Et qui non unum aliquem, in cuius phrasi atque excellentia omnes animi sensus fixos erectosque detineat, imitandum sibi proponit, is cum alienae phraseos λέξις ad sua refert scripta, facile intelligit, quam longo interuallo a uera illa et pristina eloquentiae indole deiectus in eam uerborum profluentiam deuenit, in qua nulla recti sermonis facies, nulla antiquitatis saecula prioris referentis nota, nullum denique uenustatis ac gratiae uestigium deprehendatur. fitque eam ob causam, ut et gloria, quae styli aeternitatem, tanquam umbra

Gloria styli  
aeternitatem  
sequitur.

corpus comitatur, fructu priuetur amplissimo, et scripta quoque illius perpetuo in situ et squalore iaceant inuisa atque despecta. Cuius mei animi iudicium (ne officiosius quam simplex ueritatis ratio ferat, quaesita fides existimetur) uel me tacente confirmant Capellae, Sidonii, Fulgentij, Thomae, Scoti, ceterorumque scripta aded obscuris et prodigiosis contaminata figuris, ut in tradendis rerum naturis atque oratione explicandis, non tam conatu, quem maximum praestitere, quam in eligendo dictionis filo, ad quod omni se mente componerent, iudicio caruisse uideantur. Itaque eadem animi egestas, et quaedam ueluti implacabilis naturae facies, qua praecipue laborasse uidentur, cum naturae suae genium propensionemque secuti neminem sibi exprimendum sumpserint, rerum pulchritudinem non nihil obscurauerunt, et eam laudis ac gloriae amplitudinem, cuius studio omnes, qui spe atque animo de posteritatis fructu cogitamus, trahimur, magnopere extenuauerunt. Fluit enim et extra alueum fertur inanis illa, tumida et inflata uerborum uolubilitas, plena pigmentis et puerili fuco, quam neque dicendi temperatio retinet, neque ducit imitatio.

ET QUONIAM NATURA CVM  
aetatis rebus magnis et praestantibus hanc legem indixit, ut quae in excellenti admirationis ac gloriae perpetuitate elucerent, ea nec repente, nec uniuersa se profunderent, sed lenioribus praetexta initijs, ab exemplo sumerent exordium, debent illud tamen omnes, et quantum in quoque est, perficere, ut  
a. iij.

Quia res  
obscuri  
tate atque  
rit negles  
tae eloquentis  
nis imitatio.

Omnes res  
magna ab  
exemplo sumunt  
exordium.

DE ELOCUTIONIS

quascumque in disciplinas animum intenderint, quo in genere cum aliquo studij progressu ingenijq; laude elaborauerint, quarum artium cupiditate flagret, earum imaginem animo proponant inspicendam. An uero Phidias Mineræ simulacrum facturum, proposita eximia pulchritudinis specie ac idea, in eaq; animi ratione defixus, ad illius similitudinem peniculum. Et manus non dirigebat? Aut Apelles et Polysetus tam admirabilem uenustatis gratiam suis aspergere imaginibus, omniumque in se oculos artis ipsius miraculo conuertere potuissent, nisi hic ab Agelade, ille uero a Pamphilo præceptore prima artis lineamenta uoxi  $\mu\omicron\nu\omicron\chi\rho\omega\mu\alpha\tau\alpha$  accepisset? Non potuit ea, sine diligenti imitatione, artis perfectio esse. Atq; refert Cicero, Heracleotem Zeuxin summum pingendi artificem, et cæteris omnibus artis excellentia egregie præstantem, cum admirabilem Helenæ pulchritudinem pingere uellet, Crotoniatas uirgines aliqua magna corporis dignitate præditas sibi proponi iussisse, quod rectius ex uiuo earum exemplo expressæ imaginis ueritate in nudum transferret simulacrum. Omnis disciplinæ initia, omnis rectè agendi ratio, omnia uitæ præcepta ad propositum sibi præscriptum informantur. Cur igitur ueteres Latino illo sæculo cum omni aliarum laudum genere florētissimo, tum uero præstantissimorum ingeniorum copia, doctrina, ac eloquentia affluente, animum suum atque mentem ad eorum, qui artis alicuius principatum tenere credebantur, rationes hauriendas imbibendâsq; traduxerint, in

Phidias pictor.

Apelles et Polysetus.

Nō posse uelius artis perfectione sine imitatione esse.

Quanto studio maiori bus optimarum rerum imitatio fuerit.

IMITAT. AC APPARATV. 7

eamque curam atque cogitationem incubuerint, ut Latina et Romana usi oratione, peregrini sermōis insolentiam etiâ in Tito Lilio eloquentissimo homine ab Asinio animaduersam tota urbe depellerent: quanto maiore cum studio nos barbari barbaro sæculo inter Gothos, Vandalos, Hunnos, Scythas, et Thracas nati atque educati, curas nostras, studia, animorumque sensus ab omni alia cogitatione auerfi ad præcudendam linguam applicare, eamque exemplo proposito ad natiuam illam ueræ Romanæq; dictionis urbem adhuc redolentis indolem componere debemus? Illi sermōnem Romanum, quem paruulantes, et maternis inhiantes uberibus imbibant, intra obstetricum pædagogorumque complexus ac colloquia balbutiebant. Nam et Aurelia Cæsaris, quemadmodum et Accia Augusti, liberorum primam educationem omni eloquentiæ laude instituit. et Gracchorum eloquentiæ plurimum splendoris attulisse primam Cornelie matris educationem Cicero scribit: et Lælij, Caij filie, Mutiarumque et Liciniarum orationem paratum elegantia tinctam a pueris fuisse idem commemorat. Chrysippus etiâ infantis balbutiem, ne dediscendo sermōni assuesceret, prudentis nutricis eloquentia statim corrigi uoluit. Nobis uero tot retrò actis annis de omni latine locutionis possessione in hanc barbariam ætatis uitio, et quasi abortientis naturæ iniuria deiectis, tota latina lingua ex mutis solum libris, omni dicendi audiendique consuetudine, ac usu ferè sublato, discenda est: ut qui hodie animi sensa dicendo effert.

Aurelia et Accia prima liberorum infantiæ eloquentia instituerunt.

Cornelia mater Gracchorum. Chrysippus



re, de rebus magnis copiose, disertè, atq; illuminatè dicere, senescentemque eloquentiæ laudem ab intermisso usu & hominum prope obliuione uindicare, ciuilibusque restituere actionibus possit, eum non in iuria ab omni laude felicissimum, & quendam inter homines deum mortalem habeamus. Cum tamè prior ætas maximam eloquentissimorum hominum copiam effuderit: quorum succus ille naturalis nullis pigmentis oblitus, sanguisque incorruptus ac integer ad hanc usque ætatè uel desit, uel in paucis admodum hodie efflorescat. Aded multis iam annis gloriosa illa ciuitatum gubernatrix, otij sociæ, pacis æmula, ac bene constitutæ Reipub. alumna eloquentiæ, quæ splendorem, quæ dignitatem, quæ admirationem habeat, quæ stantem deiçere, erectum ad Reipub. decus inflammare, populi risum, lachrymas strepitum, acclamationem, animorum permotiones quocumque incubuerit, impellere queat, optata potius, quàm sperata fuit. Apparet igitur ex his, quæ diximus, in tanta seculi nostri barbaria, & quadam recti sermonis inopia, optimorumq; Rhetorum egestate, necessariam esse imitationem Romanæ uocis urbisq; propriæ, in qua nihil offendi possit, nihil displicere, nihil animaduerti, quod uel peregrinum, uel putidum oleat, & quæ tota atq; integram scriptionis alicuius formam exprimat. Cùm enim sola sit orationis dignitas atq; admiratio, qua reliquis omnibus animantibus egregiè præstamus, nõ oportet eius neglectam esse curam atque studium: cùm non mediocrem, præsertim in rebus uilioribus, nobis imponamus sollicitudinem.

*Desinit*

Eloquentiæ  
dignitas.

Necessaria  
Romani  
sermonis  
imitatio.

# Imitatio qualis

esse debeat.



ED IMITATIO ESSE DEbet diligens, sobria, & æmulatione quadam mixta, ne timidi semper & imbecilli alienis uestigijs innixi, nunquam excurrere, nihil inuentis addere audeamus: nostraq; cogitatio, mens atq; contentio, quam assiduam & accerrimam ingenuarum artium magnitudo poscit, huc referatur, id respiciat, ut cuius phrasin rationesq; omnes imbiberimus, eum non solum assequi, sed etiam præterire magno aliquo & laudabili conatu enitatur. Nam sola imitatione, ex qua nihil crescit, contentum esse, tardi, pigri, & omnis laudis splendorem refugietis est ingenij. Neq; enim ulla magna, præstabilis, solida, & nullo seculo casura gloria, quæ ferè de rebus nouis, inusitatis & aliqua cum admiratione gestis exurgit, ex imitatione sola quæ sita unquam fuit: quando assecla primas sibi uendicare non potest, coactus uel in secundis, uel in tertijs consistere. Quam autem angustis circumscriptus regionibus orbis ille & circulus omnium liberalium artium, quem Græci ob naturæ societatisque consensionem, ἐγκυκλοπαιδείαν uocant, & uix diuini medius hodie constaret, nisi priores illi, cum nulla cuiusquam disciplinæ extarent præcepta, sola ani-

Tardi est  
genij sola  
imitatione  
contentum  
esse.

ἐγκυκλος  
παιδεία.

mi magni & excelsi inductioe, singulari industria, inuentione laudabili tam uberes & immortales ingenij sui fructus, amplissimarumque rerum cognitionem posteritati tradidissent: spoliati nimirum maximarum artium scientia, optimorum exemplorum copia, naturalium rerum cognitione, philosophiae mysterijs, & iucundissimo illo delectationis sensu, quae bonae literae magna cum gratia & laude excitant, in quasdam ingenij, rationis, ac prudentiae angustias cogemur. nec ita magno discrimine brutis animalibus ad pabulum atque pastum, abdominisque delectationem abiectis homines antecelleremus, quae nunc scientia ac bene dicendi facultate à maioribus tradita atque excepta superamus. Maius quiddam illi, dum in rerum naturae causis, officijs & consecutionibus inquirendis nullum spiritum tranquillum ducerent, & excellentius etiam animo sunt complexi, quam ingeniorum nostrorum acies, in tanta praesertim uel naturae humilitate, uel pigritia, quae nascentis laudis, exurgentisque uirtutis pulchritudinem corrumpit atque retundit, uidere possit.

*Pigritia ex  
urgit. e  
laudem  
retrahit.*

SED TANQUAM ILLIS INVENTARUM artium gloria, & quod laudabili sua industria sollicitudines nostras alleuauerint, summa ueneratio gratiaque maxima debetur: sic committendum nobis non erit, alienam ut diligentiam in nostram conuertamus desidiam: alieno beneficio, quam nostro labore partis opibus uti malimus. Neque enim tanta est in naturis hominum & ingenijs tarditas, neque tanta in rebus obscuritas, ut nos eas acri in

genij acie, si modo aspexerimus, cernere ac provide re, & si conemur facultate assequi, oratione exposcere, uetustis nouitatem, nouis auctoritatem, fastiditis gratiam, dubijs fidem, suam rebus appellationem, suum naturae splendorem addere non possumus. Quod tamen ipsum parca nobis & prudenter faciendum erit, non sane, quia non multa transferre in orationem nostram & usurpare queamus: licet enim nobis, & magni iam inde ab initio bene constitutae Reipublicae Romanae atque multi clarissimi uiri, ipse quoque Demosthenes atque Cicero idem sibi permisissent: sed partim, quod nulla in fabricandis uerbis audacia, nulla in transferendis nouitas, nulla in prisca uocabulis reliquisque ornamento luxuria sobrio & prudenti oratori est permittenda: partim etiam, quod tanquam excellentes artifices, quum corporum formas atque ideas pingendo imitantur, insigniore tamen, & ueluti inusitata pulchritudinis facie eas exprimunt, admirabili quadam nouitatis gratia aspersa: sic praeclearius est multo, ita nos inuentis uti alienis, omni ut nostro Marte exco gitasse & quasi peperisse uideamur. & quae ab alijs mutuati sumus, ea omnino illuminatiora, illustrioraque nostris in scriptis, quam in eius, à quo mutuum acceptum fuerit, conspiciantur: ut non minor in exornando laus, quam industria in inueniendo elucescat. Hac enim diligentia consequemur, ut cum plurima aliorum ex scriptis ad aliquem dicendi scribendique usu referamus, non tam imitatio appareat, quam laudabilis rerum exornatio quae sita uideatur.

*Non oportet  
re auctores  
nos  
stros magis  
gnarum rerum  
desperatioe  
debilitari.*

*In fabrican  
dis uerbis  
audacia ab  
esse oportet.*

*Inuentis alie  
nis quomodo  
viti debet  
amari.*



# In disciplinis per discēdis adsit oportet spes, æmu- latio, & studium vehemens.

spes & æ-  
mulatio duo  
acerrimi  
maximū  
verum spes  
muli.

**H**A NC VERO FACILITA-  
tē nō modo eos, ex quorū æmulatio-  
ne studioque propendemus, religio-  
se imitandi, sed uel transiendi, quod  
optare, uel adæquandi, quod obtine-  
re possumus, duo acerrimi cum plurimarum maxi-  
mūque rerum, tum uero laudis ac gloriæ stimuli  
SPES ET AEMVLATIO nobis dabunt. Il-  
la enim efficit ac præstat, ut quoniam in hoc exi-  
guo uitæ curriculo, & ueluti theatro, in quod natu-  
ræ lege intronissi sumus, unum, uel alterum huma-  
næ uitæ actum spectaturi, nihil præter hanc lau-  
dis ac honestatis amplitudinem magnopere sit ex-  
petendum: in ea persequēda nullo nec labore fran-  
gamur, nec debitemur desperatione, ac ne mortis  
quidem periculo ab ea depulsi in otium atque se-  
cordiam traducamur. Excitat enim iacentes ani-  
mos nostros, & excellentium uirorum cogitatione  
confirmat, ut sempiternum quiddam, & cum omni  
posteritate adæquatum spectemus: nec unquam ab  
earum rerum, quæ cum Reipublicæ splendore, sa-  
lute patriæ, ac nominis nostri eternitate coniun-  
ctæ fuerint, æmulatione animum abijciamus: nec

hunc solum, quem diligentissimus quisque affectat,  
producit successum, sed uniuersa honesti studia fo-  
uet, auget, retinet. Hæc uero, nisi cum imitatione cō-  
iungatur, perire uniuersos studij nostri conatus ne-  
cesse est. Primum enim hanc nostro sæculo sterilita-  
tis infelicitatisque damnationem atque notam in-  
urimus, ut quum omnes ingenuæ artes cum etate  
accreuerint, nullaque omnium intra sua stet rudi-  
menta, nunc demum nihil crescat, nihil ex tam im-  
mense rerum complexu eruatur, quod uel erudi-  
tionem, uel uitæ augeat commoda. Nam imitatio  
per se ipsa nihil auget. Deinde quoniam adæquare,  
nedum præterire neminem possumus, cuius quidē  
uestigijs nobis insistendum erit, ad nullum iam eru-  
ditionis dignitatisque fastigium contendamus. Ut  
hinc non dubiū iudiciū facere liceat, spem & æmu-  
lationem, duas illas præclaras pulcherrimarum re-  
rum parentes, nullo nec tempore, nec loco à nobis  
esse dimittēdas. NIHIL ENIM EGREGI-  
VM, nihil præclarum, nihil magnificum asseque-  
mur unquam, nisi ardens studium, flagrans æmu-  
lationis cupiditas, & spes magna in rebus agendis,  
discendisque disciplinis adsit. Ut igitur cæteris in  
rebus omnibus præclarè agendis, ita in paranda  
optimarum rerum elocutione, in consequenda styli  
æternitate adesse oportet cum spem magnam, tum  
uero uehementem quādam animi & incitationem,  
& æmulationem.

Omnes ar-  
tes cū eta-  
te accrescunt  
iust.

Quæ in re-  
bus præcla-  
rè agendis  
adesse oportet.

# Quibus lineamē tis dictio nostra sit tingenda.

**P**ERMAGNI TAMEN INTEREST, quo primum rudimento dictio nostra imbuatur, ad cuius similitudinem tota mente atque cogitatione quā diligentissimē comparemus.

*Non dū satis inter artium scriptores conueniens, quo primū rudimentū dictio sit imbuenda.*

Multos enim, cuius potissimum lineamenta imitando effingerent, magna hæseditatio tenuit, quæ & ipsa aliqua ex parte exurgentis studij cursum remorata, perueniendi, quod contenderant, conatum aut impediuisse, aut certè retardasse uideri potest, cū tanta sit, sicut rerum, ita & auctorum uarietas: nec possint res natura diuersissimæ, multiplices etiam disciplinae, & dissentientes inter se cum uoluntates, tum animorum habitus ingenij unius angustijs astringi. Quorum ego contentionem magnis utrinque & multis rationibus iactatam adhuc magis, quā uullo certo consentientēque diremptam iudicio, propterea quod grauis magnorum uirorum ingenio atque doctrina affluentium auctoritas multiplici eruditione instructa, ut sub iudice lis hæeret, facile impetrauerit, prudens hic remitto, non tamen meum de hac re iudicium dissimulaturus.

**AD ILLUD CERTE ANIMVS NO-**  
ster & mens tota conuertenda, in hunc conatum uoluntas nostra & exercitatio conicienda, primū

ut dictionem paulo unctiorē, ac multarum rerum iucunda uarietate aspersam, & quodam uenustatis, non puerili fūco, sed sanguine diffuso colore enitescentem, pertinaci ac uehementi legendi scribendique usu nobis paremus: deinde ut eas præcipuè res, quæ uel magnitudine claræ, uel nouitate admirabiles, uel utilitate necessarie uidentur, in exemplum nobis assumamus. Nam ipsa rerum prudens natura, quæ magnas nobis & arduas res excogitat di tanquam semina quædam inseuit, quæ nos altū quiddam & excelsum spectantes ad imperandum, si rectè informati sit animus, accommodatiores, quā parendum, procreauit, quæ nos cælestis originis nostræ memores uoluit humana omnia leuia ducere, res humanas pertractatas habere, & quæcumque accidunt tolerabilia putare, hunc quoque animis nostris sensum inseuit, ut tanquam ædificiorū, arborum, locorum, sic quoque omnium magnarum artium, omnium excellentium rerum, omnium officiorum nos delectet magnitudo: semp̄que animus noster gloriæ ac uirtutis stimulis concitatus, summum quiddam, æternum atque altissimum spectet, ne si earum rerum ambitu inflammetur, quas uulgi humi prostratus non iudicio, cuius egestate ubiq; ferè laborat, sed temerario animi impetu miratur, à naturæ suæ statu recessisse uideri queat. Cuius enim stultitiæ est, si nullum in eo, ad quod rationes nostras comparemus, delectū habeamus: aut etiam mediocribus nos deterioribusque tradiderimus, tam laboriosam & anxiam unius effingen-

*Qualis dictio paranda.*

*Animus non ster omniū magnarū rerū excellentia delectatur.*

di solitudinem nobis ut imponamus? nisi forte in eo blandiri nobis, quod omnium lusione irrideatur, uelimus, ut paruis in rebus tumidi, in grandibus minuti, in tranquillis perturbati, in turbulentis remissi, in saturis ieiuni, in ieiunis pleni, in moderatis furiosi, in sobrijs Bacchico furore correpti uideamur. Cum nihil æque sit naturale, atque ad rerum naturam explicandam aptè accommodata oratio: cuius hic imitationem naturæ nostræ facilitate, & consuetudine magis nostra, quam eius, quod suscepimus, præstandi facultate adducti præscribimus.

NON AUTEM OBSCURUM EST, quam multorum studia, abiecta huius imitationis cura peruertat: qui cum in magnis rerum disciplinarumque iactationibus nullam certam styli faciem, nullum scribendi usum exercitationemque sibi parent, ubique ferè prodigiosi, ubique spurij & abortiui sunt nulla in re inherentes. Nec tamè facile huius morbi, ubi semel radices egerit, inueniri potest remedium: quod cum in nobis, qui ætate, & eloquentis præceptoris inopia in eam ueteris disciplinæ perturbationem incidimus, ut præter unum Boëtium casu nobis obiectum, nullum simus scribendo secuti, quotidie experiamur, tum etiam in alijs animaduertimus, quorum multiplex eruditio, nullo proprio orationis filo contexta, gratiam omnem amisit. VIX ENIM VNQUAM, quæ altè insederit, ex animo euellitur nostro, qui omnium earum rerum, nedum orationis, quibus semel assuetus est, tanquam odoris testa recens, in omnem uitam tenacissimus est.

Abiecta imitationis cura magnos studiorem progressus est remota.

Sententia oratorij.

ut enim lanarum prima lineameta, quibus simplex ille & natiuus candor tinctus est, uix unquam elui possunt: sic dictionis indoles, quam semel animis nostris impressimus, ubique sese offert atque ostendit. Quo maiore diligentia, studio & industria in eo omnis ingenij ac imitationis nervos intendere debemus, ut quod in omni laude perfectissimum est, ad illud orationis nostram atque mentem comparemus. PROPRIUM enim est animi magni atque excelsi, cum in literarum studijs, nullis nec animorum permotionibus, nec fortunæ succumbere: tum uero eas res magnopere consectari, quarum splendor omnis atque dignitas cum Reip. decore est coniuncta.

## Non orationem

modo ad optimorum auctorum imitationem, sed mentem quoque ad virtutum omnium exemplum esse componendam.

**P**RINCIPIO ANIMO COMPLECTENDA magnitudo, utilitas ac uniuersa eius rei natura, ad quam orationem mentemque nostram componere conamur, ut nostra oratio, quæ sensuum nostrorum, uoluntatis, animique index est, non solum omni uerborum lumine, omni splendore, omni uenustatis exornationumque gratia colorata sit, b. i.

Oratio sensuum index.



cos facte  
qui eloque  
tie bonis  
donantibus

preſſam exiungat: ut quonia nulla ſua induſtria,  
nulla nite honeſtate, cuius inopes ſunt ac egentes,  
ad altiorum dignitatis gradum concedere nequeat,  
in laude ponant virtutis alienæ obrectatione. Atq;  
hoc vitio nulla peſtis pernitioſior eſſe poteſt. quan-  
do ſermo impurior, morum quoq; integritatem uo-  
lat atq; corruptit. Conuerſenda igitur in laudabiliſſi-  
mam rem auctoriorumq; imitatioe, quæ æmulatione  
quædam ſit conuicta, tota mens, omnis animi come-  
tatio, uniuersa ſeſ deniq; ſenſus ad eas virtutes, conſi-  
lia, iudicia, ac ſententiarum luminaria, quæ in illis expre-  
deſcunt, ut inuictus animo cõcipia, quæta maioribus  
noſtris in rebus gerendis, cum celeritas, tu fides, quæta  
turbulētis ſæpe in rebus cõmuni tempore per-  
turbationibus moderatio, quæta pro patriæ incolu-  
mitate propugnatio, quæta in conſilijs de rep. capi-  
endis dignitas, quæta in periculis a rep. propuſis  
auctoritas, quæta in comodijs publicis prouehendis  
grati animi beneuolentia, quæta omnia deniq; ad nullam  
privatam nominis commendationemq; offici graſtiam,  
ſed rep. decus, civiſ in deſenſione, patriæ gloriã ac  
ſplendore retulerint, quæ ubiq; ſeruat deſeruiſſe  
quod Græcis æ æperæ appellatur, in quo omnis  
virtutis pulcherrimo, omnis nite dignitas, omnis con-  
ſuetudine, opus quæta pulcherrimo, omnis lum-  
ine reſuſcit. His exepiſ inſormata mens humanã no-  
tam animi ſoli eloquentiæ maiestate, ueruetia ma-  
gnam quoq; uirtutum ſormam implet, atq; exornat,  
quarum ſtudis opido excitata, ad omni laudis pulchritudine

DECOCTUM

.h. 9

atq; expoſita, ſed prudẽtia, cuius præclara, ut cæ-  
terarum uirtutum extant apud inſignes reru  
artiumq; ſcriptores exemplã, animi magnitudinẽ,  
auctoritatẽ, admiratoremq; habeat. Cu enim ani-  
morum ſenſus omnis, uitæ dignitas in oratione  
eluceat, quã mentis conceptu diceo inter nos ex-  
plicamus, noſtra magis atq; ad rei-  
publicam, noſtra magis atq; ad re-  
pub. decus pertinetibus ſententiã pronunciamus, no-  
conuenit ea meretricio ſuoco, quæ pueriſi aucupio, uer-  
borumq; lenocinij potius, quæ multiplici laudandã  
artu cogitatione, ſententiã uerũ ponderẽ, conſiſſi admi-  
ratione, ac prudentia tinctã, atq; inſormatã eſ-  
ſe. N A M I N O V A M I T I M I T U E R E A N A S A, ſi-  
oratioe cuiusq; animi uoluntas cognoſcitur. Quæ ſi  
ſobria, liberalis, pudica, honeſta ſit ac prudens, ad  
quãbitur, cum uera eloquentia, quã ueteres olim ci-  
uiliſſimã, huc lingue cõpã diſſidum extaret,  
nullã diſſipatã uirtutã inducã eſſent, ſãpien-  
tiam uocauerunt. Quod ſi in uerũ uirtutem uerborum  
iactationem habeat, plena iræ, ſeditiois atq; calum-  
niæ, perdit non ſolum eam, quã ex ciuiliſſi popu-  
lari laude habitura fuerat gratiam, ueruetiam ame-  
gnitate omne amittit. Quo uicio, præcipit ame-  
tia, libidiniſq; furore u præcipue obſtricti ſeruit,  
qui in optimorum uirtutum uerũ ſectione, uerũ ſe-  
lectis om-  
nium uirtutum excepiſ, quibus præcipue mens hu-  
mana ad uirtutem inſormatur, eas diſcedit, atq;  
ſormas colligit, quibus optimi uirtutum optime  
ter atq; idigentiſſi uirtutum ſormam proſocent,  
gnitate labefcunt, uirtutem deniq; calumniaſo

Lingua  
cordis diſſi-  
dim.  
Eloquentia  
olim appel-  
lata ſapien-  
tia.  
Orationem  
ſobria eſſe  
oportere.

Non

Popularis  
aura instā  
sepe laudē  
corrumpit.

Diligenter  
pernidēdū,  
quæ nos in  
imitatione  
tueri oportet.

Eloquentia  
pulcherris-  
simi naturæ  
munus.

ingeniūq; gloriā magnis & rectis studijs cōtendit. nō huius lucis iucūditate, non populi suffragatione, nō præsens laudis prædicatione atq; nobilitate, nō illa deniq; populari aura, quæ uana sepe atq; falsa iustæ laudis pulchritudinē atq; splendore corrūpit, cōtēta: sed nominis sui gloriā rerūq; gestarū magnitudinē ad posteritatis memoriā, cōsensionē, admirationēq; traducere conatur. Quare cū imitationis, quæ frequentissimæ sunt, præceptiones explicemus, excutiēda erit intelligētia atq; excitāda animaduersiono: ut quoniam multæ, magnæ & admirabiles sunt in bonis auctoribus uirtutes, lateāntq; quædā etiā uitia uirtutibus cognata, certa animi ratione spectemus, quæ potissimum in exemplum tueri, ad quorum imitationem infantiam nostram ingeniūq; exiguatatem conferre atq; traducere conueniat. Cuius rei deliberatio non magnis implicata est erroribus. quoniā uitia, quæ in illis uel pauca admodū deprehendūtur, uel magnis cōpēsantur uirtutibus, uitari facile ab eo possunt, qui mediocrem in legēdis præstātissimorum hominū scriptis diligentia iudiciūq; adhibuerit: & uirtus est nulla, cuius pulchritudine imbui statim, ac semper animus noster nō debeat. sit igitur hæc cōsiliū moderatio, ut omni cogitatione, mente atq; sensibus prospiciamus, qua fide, qua gratia, qua auctoritate graues illi atq; excellentes, administrādarū urbiū artifices, eloquētiā pulcherrimū naturæ munus, nō ad pncipiē ciuiū, nisi hoc Reip. dignitās atq; salus postulauerit, sed ad cōmuniū fortunarū ppugnationē, patriæq; splendore cōuerterit.

quam uix magnis atque iustis necessarijsq; de causis ad eorū accusationē pertracti uenerint, quorum profusa nequitia, furor libidinosus, mens scelere imbuta, flagitijsq; obstructa, nullis legibus cōtineri poterat. Indicat hoc summus orator Cicero, Verre accusaturus, quū diligenti admodum exordio ad officij sui cōmedationē factō, pluribus se excusans, causam adfert quā obre hōiem flagitiosissimū i criminationē adduxerit: si q; uestri, inq; iudices, aut eorū, qui adsunt, forte miratur, me qui tot annos in causis, iudicijsq; publicis ita sim uersatus, ut defenderim multos, læserim neminē, subito nūc mutata uolūtate ad accusandū descēdere: is, si mei cōsiliū causam, rationēq; cognouerit: unā & id qd facio probabit: & in hac causa profecto neminem mihi esse præponēdū actorē putabit. Cū quæstor in sicilia fuissē iudices: itaq; ex ea puincia decessissē, ut siculis omnibus iucundā diuturnāq; memoriā questuræ nominisq; mei relinquere, factū est, uti cū sumū in ueteribus patronis multis, tū nonnullū etiā in me præsidium suis fortunis cōstitutū esse arbitrarentur. qui nunc populati, atq; uexati, cuncti ad me publice sepe uenerunt: ut suarum fortunarum omnium causam, defensionēq; suscipere: me sepe esse pollicitū, sepe ostendisse dicebāt, si quod tēpus accidisset, quo tēpore aliqd à me requirerēt, cōmodis eorū me nō defuturū. uenisse tēpus aiebāt: nō iam ut cōmoda sua, sed ut uita salutēq; totius prouincie defenderē, sese iam ne deos quidē in suis uribus, ad quos confugerēt, habere: q; eorū simulacra

b. iij.



» sanctissima C. verres ex delubris religiosissimis su  
 » stulisset. quas res luxuries in flagitijs, crudelitas in  
 » supplicijs, auaritia in rapinis, superbia in cōtumelijs  
 » efficere potuisset: eas omnes sese hoc uno prætor  
 » per triēniū pertulisse. rogare, & orare, ne illos sup-  
 » plices aspernaret: quos me incolumi nemini suppli-  
 » ces esse oporteret. Tuli grauiter, & acerbè iudices, i  
 » eū me locū adductū: ut aut eos homines spes falle-  
 » ret, qui opē à me atq; auxiliū petissent: aut ego, qui  
 » me ad defendēdos homines ab incūte adolescentia  
 » dedissem: tēpore atq; officio coactus, ad accusandū  
 » traducerer. dicebā habere eos actore Q. Cæcilium:  
 » qui præsertim quæstor in eadem puincia post me  
 » quæstorē fuisset. Quo ego adiuuētō sperabā hanc à  
 » me molestiā posse dimoueri, id mihi erat aduersariū  
 » maxime. nā illi multo mihi hoc facilius remississent,  
 » si istū non nossent: aut si iste apud eos quæstor non  
 » fuisset. Adductus sum iudices officio, fide, misericor-  
 » dia, multorū bonorū exēplo, ueteri cōsuetudine, in-  
 » stitutōq; maiorū: ut onus hoc laboris, atq; officij, nō  
 » ex meo, sed ex meorū necessariorū tēpore mihi su-  
 » sciipiendū putarē. quo in negotio tamen illa me res  
 » iudices cōsolatur: q̄ hæc quæ uidetur esse accusa-  
 » tio mea: nō potius accusatio, q̄ defensio est existinā-  
 » da. defendo enim multos mortales, multas ciuitates,  
 » prouinciā siliā totam. quā ob rē si mihi unus est  
 » accusandus: propemodū manere in instituto meo ui-  
 » deor: & nō omnino à defendēdis hominibus, suble-  
 » uandisq; discedere. q̄ si hanc causam tam idoneā, tā  
 » illustre, tam graue nō haberem: si aut hoc à me si-

» culi non petissent: aut mihi cum siculis causa tan-  
 » tæ necessitudinis non intercederet: & hoc, quod fa-  
 » cio, me Reip. causa facere p̄fiterer: ut homo singula  
 » ri cupiditate, audacia, scelere præditus, cuius furta,  
 » atq; flagitia nō in siliā solū, sed in Achaia, Asia,  
 » Cilicia, Paphylia, Romæ deniq; ante oculos omniū,  
 » maxima, turpissimāq; nossenus: me agente in iudi-  
 » cium uocaretur: quis tandē esset, qui meū factū aut  
 » consiliū posset reprehēdere? Quid est, prō deūm ho-  
 » minūmq; fidē: in quo ego Reip. plus hoc tēpore pro-  
 » desse possim? quid est, quod aut populo Ro. gratius  
 » esse debeat? aut socijs exterisq; nationibus optatius  
 » esse possit? aut saluti fortunisq; omniū magis accō-  
 » modatū sit? Populata, uexata, funditus euersa p-  
 » uincia socij, stipendiarij; populi Ro. afflicti, miseri,  
 » iam nō salutis spem, sed exitij solatiū quærun. Qui  
 » iudicia manere apud ordinē senatoriū uolūt: que-  
 » runtur, accusatores se idoneos nō habere. Qui accu-  
 » sare possunt, iudiciorū seueritatem desiderāt. Popu-  
 » lus Ro. interea, tametsi multis incōmodis difficulta-  
 » tibsq; affectus est: tamen nihil æque in Repu. atq;  
 » illā ueterē iudiciorum uim, grauitatēq; requirit.  
 » iudiciorū desiderio Tribunitia potestas efflagitata  
 » est. iudiciorū leuitate ordo quoq; alius ad res iudi-  
 » candas postulatur. iudicū culpa atq; dedecore etiā  
 » Censoriū nomen, quod asperius antea populo uideri  
 » solebat, id nūc poscitur, id iam populare, atq; plausi-  
 » bile factū est. In hac libidine hominū nocētissimorū,  
 » in populi Ro. quotidiana querimonia, iudiciorū infa-  
 » mia, totius ordinis offensione, cū hoc unū his tot in-  
 » b.iiij.

comodis remediū esse arbitraret, ut homines idonei,  
 atq; integri causam Reip. legumq; susciperēt: fateor  
 me salutis omnium causa, ad eam partem accessisse  
 Reip. subleuandæ, quæ maxime laboraret. Quis  
 hic tam omnis humanitatis expers, ita ab omni re-  
 cti iudicij sensu relictus, non statim ac religiose hęc  
 Ciceronis modestiam, pietatem, fidem, officiorum  
 religionē, non modo imitari, sed etiam uenerari am-  
 biat: Duri est hominis, uel potius pecudis immanis  
 eloquentia, quam natura homini ad salutem, ac ui-  
 tæ dignitatiq; propugnationē dedit, capitis ac for-  
 tunarū omnium periculum calamitoso homini, atq;  
 in miserimi mortalis casum, deturbato creare uel-  
 le, nisi forte eiusmodi accusatio iudiciūq; Reip. cau-  
 sa cōstatū esse uideatur. Quare ut magna est admi-  
 ratio hoīs illuminatē sapiētēq; dicētis, quæ q̄ audi-  
 unt, tāto interuallo præstare cæteris existimāt, q̄ to-  
 hoīes brutis ac beluis: sic oratione modestiæ graui-  
 tate mista, nihil admirabili⁹ dici fingiq; potest. Atq;  
 hac de causa Pericles optare solere cōmemoratur, ne  
 qd̄ sibi uerbū in mentē ueniret, qd̄ multitudinis ani-  
 mos offēderet. NVLLIVS ENIM REI diu-  
 turnior est memoria, q̄ uiolatæ opp̄ssæq; dignitatis:  
 nec aliud est uehementius ad amicitias dissuēdas ex-  
 tinguēdāq; ciuilibus uitæ societate, q̄ petulās ac male-  
 dica lingua, quasi seditiōis flabellū. Adhibeam⁹ igitur  
 nobis hęc excellētū uirorū moderationē, ne eloquē-  
 tiæ uitio temerē, et̄ altcrius in perniciē abutanur.  
 IAM VERO MAGNAM CIVILI-  
 bus in rebus ac bellicis admirationem, magnāque

*Pericles*

Modesta o-  
ratione ni-  
hil admira-  
bilis fingi  
potest.

Pericles.

Oppresse di-  
gnitatis diu-  
terna est  
memoria.

gloriam splendorēq; excitat animus fortis, ac cō-  
 silio præsentis magnitudo: cuius septi præsidio,  
 nec prosperis rebus ad uoluntatem nostram affluē-  
 tibus insolentius efferimur, nec affligimur aduerso  
 seuientis in nos fortunæ flatu atque temeritate  
 de gradu deiecti: sed pari semper moderatione res  
 humanas tractatas habemus, nihil nō atequā eue-  
 nerit, omnino euenire posse existimātes. Cuius quod  
 clarius in quoquam quā in Cicerone (hunc enim  
 ante omnia imitandum esse iubemus, eoque liben-  
 tius ab eodem sumimus argumenta) esse potest ex-  
 emplum? qui cū non dubium haberet, quantis se in-  
 uidiæ tempestatibus, si minus in præsens tempus,  
 recenti adhuc, et̄ multorum pectora effodiente me-  
 moria tam crudelis et̄ immanis coniurationis, at  
 saltem in futura tēpora obijceret, nullo tamen pri-  
 uati periculi metu debilitatus, furētem audacia, et̄  
 patriæ conflagrationem atque sælus anhelantē Ca-  
 tilinam, incredibili quadam diligentia circumclu-  
 sum ad senatum pertraxit, pertractum conuicit, cō-  
 uictum fugæ ac solitudini mandauit. Et cuius fu-  
 rorem effrenata iactatum audacia, nec maiorum di-  
 gnitas frangere, nec à flagitio patriæ pietas, nec à  
 præcipite amentia ratio potuit auocare, eum sola  
 orationis uehementia disruptū urbe eiecit. Nec mi-  
 tius deinde, nulla priuata læsus iniuria, sed cōmuni  
 uolūtate uirtutis permotus, in cæteros Patritios ho-  
 mines eiusdem coniurationis affines animaduertit:  
 quos inflammatione urbem, cæde ac sanguine ciues,  
 populationibus agros, exitio Rempu. direptionibus

Præclara  
omniū ma-  
gnarū vir-  
tutū exēpla  
i Ciceronis  
scriptis ex-  
tate.

Quanta ani-  
mi magni-  
tudine con-  
sulatione Ca-  
tilinariam  
Cicero ex-  
tinxerit.

deorum fana ac templa, uniuersam deniq; Italianam  
uastitate, ceu quodam diluuiio euertere atque ex-  
tinguere conatos, strangulari inter foedissimas na-  
turae suae sordes iussit. Et quod omnem omnium admi-  
rationem excedit, cum intelligeret illos Reipu. flu-  
ctus a communi peste depulsos in suam perniciem  
aliquando redundaturos, propterea quod misera &  
inauspicata foret administrandae urbis eius condi-  
tio, in qua diligentia simultatis plena esset, negligē-  
tia reprehensionis, seueritas periculi & calamita-  
tis plena, posse etiam supplicij lenitate inuidiae acer-  
bitatem leniri: maluit tamen inclusum in Reipu. ui-  
sibus periculum in suas ceruices ac salutis uulne-  
rationem conuertere, quam impendentibus coniu-  
rationis exagitatae magis, quam extinctae tempesta-  
tibus uel cedere, uel patriae periclitanti deesse. Ma-  
gni erat & uerae excelsi animi, sic Reipu. partes  
omnes amplecti, nulla ut in parte conuelli posse ui-  
derentur. Qualem animum, si exemplo M. T. Cicero-  
nis prouocati, qui rebus bene feliciterq; gerendis ho-  
die proponuntur, sibi induerent, haberemus tran-  
quilliore Rempu. quae hodie miserandis erroribus ac  
dissidijs conuulsa in sua ipsius perniciem praecipit abire.

SED SVNT ALIAE QVOQVE VIR-  
tutes, quae animos nostros honesti specie induunt, ue-  
luti uitae morumq; innocentia, in qua praecipua con-  
silio moderatio, uitae dignitas, prudentiae altitudo con-  
sistit. quando Fabio Quintiliano referente graui mo-  
rum informatore, nihil tam occupatum est, tam multi-  
formem, tot ac tam uarijs affectibus concisum atque

laceratum, quam mala mens. Nam & cum insidia-  
tur, spe, curis, labore dstringitur: & iam cum sae-  
ris compos fuerit, solitudine, praenitentia, poenarum  
omnium expectatione torquetur. ut mihi sane hoc  
uerè uidear dicturus, nullum in Philosopherum libris,  
nullum in historijs uirtutis exemplum esse, cuius non  
effigie ac simulacrum in Ciceronis extet scriptis, ex  
quo illud sequitur, Ciceronis lectionem non solum ad  
eloquentiam parandam, sed mores etiam instituen-  
dos in primis utilem, & penè necessariam esse.

POSSVM HIC QVOQVE MULTIS  
ostendere, quam admirabilem illis prudentiam pro-  
pensa naturae benignitas concesserit, quae ut propria  
naturae humanae est, sic praecipue in ueri cognitio-  
ne consistit: in qua auctore M. T. Cicero, omnis co-  
gitatio motusque animi, aut in consilijs capiendis de  
rebus honestis & pertinentibus ad bene beatq; ui-  
uendum, aut studijs cognitionis scientiaeque uersatur.  
Sed mihi satis erit ad excitandam animaduersionem  
rem paucis notasse.

INCUMBENDVM VERO ALI-  
quanto magis in hanc curam & cogitationem, ut obser-  
uemus, quibus potissimum artibus excellentissimi  
uiri, in patria inuidiae ac insidiarum plenissima, non  
solum grauem nominis ac fortunae oppressionem  
periculumque declinauerint, sed ciuium sibi animos  
memoria officij deuinxerint sempiterna. Coniectura  
autem angurari licet has fuisse artes, quae in ipsis  
auctorum lectionibus animaduertuntur, & a Cice-  
rone quoque libro officiorum secundo enumerantur.

Mentis ma-  
la incom-  
moda.

hinc est  
curis

prudentia.

Quis vir-  
tutibus ma-  
iores semper  
ternam sibi  
laudem, cuius-  
umque bene-  
uolentiam con-  
ciliauerint.



singularis quædam uitæ morūq; modestia pietas, in parētes, & in suos beneuolentia, puerilis institutio inter uiros ab omni honestate ac laude felicissimos, excellentes & admirabiles uirtutes, animus excelsus & magnus egregias, laudabiles, præstātes res abiēs humilia & sordida omnia spernens, opinio iustitiæ æquitatis & liberalitatis, qua populi animus præcipue ad gratiam, fauorem, suffragationemque pellicitur, beneficia in ciues, uoluntas & eiusmodi pleaque alia, quæ diligens lector deuoto animo obseruans, tota se mente ac uoluntate in hanc cogitationem coniiciet, ut sibi omnia hæc excellentium uirtutum ornamenta in exemplum proponat.

PRVDENS PRÆTEREONE LIBER nimium excrescat, quantus illis pudor, quanta animi confusi modestia, quanta uerecundia initio dicendi fuerit. Vt quoniam uarij iudiciorum euentus, inopinatus consiliorum exitus, uulgi opinio, iudicium incertæ sententiæ, magnam dicendi iniicerent sollicitudinem ac perturbationem, non committerent, ut audaci ac temeraria fiducia causam suam sibi probasse uiderentur. Hinc illa orandi modesta principia, *Ὁ μέγα λῆγος*, ut in oratione pro A. Cluentio, se per equidem magno cum metu incipio dicere: quotiescunque dico, toties mihi uideor in iudicium uenire non ingenij solū, sed etiam uirtutis atq; officij: ne aut id profiteri uidear quod non possum implere, quod est impudentiæ: aut id non efficere, quod possum, quod est perfidiæ aut negligentiæ. tum uero ita sum perturbatus, ut omnia timerē, si nihil dixissem, ne im-

Quanta modestia omnibus in rebus fuerint uis veteres.

pudentissimus existimarer. Item pro Milone, & pro rege Deiotaro ad Cæsarem: Cū in omnibus, inquit, causis grauioribus C. Cæsar initio dicendi commoueri soleam uehementius, quam uidetur uel usus, uel ætas mea postulare: tum hac in causa ita me multa perturbant, ut quanta mea fides studij mihi afferat ad salutem Regis Deiotari defendendā, tantum facultatis timor detrahat. &c. Et alibi: Equidem, inquit, & in uobis animaduertere soleo, & in me ipso sæpe experior: ut exalbescam in principijs dicendi: & tota mente atque omnibus artibus contremiscam. Quod si quis consiliorum altitudinem, uarium ac multiplicem ciuiliū rerum usum, argumentorum inuentionem, dispositionis prudentiam ad animi iudicium referre uelit, habet earū rerum omnium apud Ciceronem cum passim exemplum, tum uero in oratione pro Cluentio, in qua dubites quod consilium prudentius, quod firmitus argumentum, quæ subtilior locorum dispositio fuerit. uix enim dici orationeque exprimi à quoquam potest, quanta cum fide, gratia ac pietate sassinæ Cluentij matri, cuius atrox criminatio ualde premebat Cluentium, matris tamen nomen honorificè attribuerit, ne naturæ beneficio abusus pietatis religionem abiecisse uideri possit, cum nihilominus magna audientium consensione fidem ei uniuersam detraxerit: ut plane credas Ciceronem studij uehementia, inuentionis altitudine, disponendi arte, atque magna quadam eloquentiæ, ingenij, iudicij felicitate tenebras iudicium cognitioni suffudisse: & quocumque oratio incubue

Magno discendi artificio Cicero nem in oratione pro A. Cluentio usum fuisse.

rit, eò iudiciū uoluntatem deflexam esse. Hæc paucis annotare uolui, ut puerorum inquisitionem exemplis iuuarem.

ATQVE HIS OMNIBVS SVCCEDIT diligens animaduersio, ut alto animi iudicio peruideamus, q̄ prudenter maiores illi toti à priuato reifamiliaris studio ad publicum emolumentū conuersi in publicis consultationibus cum Reip. dignitate coniunctis, honestum falsæ utilitati duxerint anteponendum. BLANDITVR enim utilitas honesto, & ipsa utilitatis spes sæpe efficit, ut mēs humana cæca ambitione euersa honestatem utilitati postponat. fefellit hoc Cyrsilum quendam, qui cum pro animi sententiæq; suæ libertate Atheniensibus suasisset, in urbe ut se tuto retineret, in eamq; Xerxem reciperent, sibi belli metum atque euentum spectaturi, ubi mori honestum esset, lapidibus cum uniuersa familia obrutus est. Ad has igitur laudatissimas excellentium uiroꝝ uirtutes, iuuentus ad omnem ingenij laudem nata totam mentem, animum, sensus & cogitationem conuertat, easque in uita exemplum sibi traducat: ut ex tanta optimoꝝ auctoꝝum lectione nō linguam solum præcudisse, sed animum quoque illustri omnium uirtutum genere imbuisse atque informasse uideatur. Obscura enim, illiberalis, & perniciofa est omnis eloquentia, quæ cum animi innocentia, uitæ dignitate, optimarūque uirtutum studijs atque laude pugnat.

omnia à  
maioribus  
ad Reipub.  
dignitatem  
relata esse.  
Cyrsilus.

## In suscipiēdo ne

gotio pro sua cuique animi corporisque temperatione iudicium esse faciendum,



IN OMNIBVS REBVS GERendis, quæ cum aliqua & nostra & Reip. dignitate sunt coniunctæ, diligentem præparationem adhibere debemus, ut quarum in rerū laude, uel corporis uiribus. uel animi industria, colligenda totum animum cogitationemque ponimus, in illis sine ulla studiorum uel offensione, uel suscepti laboris frustratione cōstare nobis queamus, ne uel propter ignauiam quod assequi poterimus, puerili desperatione debilitati abiiciamus: uel cupiditate nimia elati, eas res suscipiamus, quarum magnitudini conatus noster non sit suffecturus. Illud enim angusti & parui, hoc uerò audacis & confidentis est animi: non tamen, ut mea fert opinio, omnino contemnendi. Nam facere, quod non pessime facias, etiamsi reliquo successu omni destituaris, audacis tamen conatus, qui arduis in rebus pro uirtute habetur, & uoluntatis est honestæ. Neque enim Phætoꝝ fulminis ictu patrio curru excussum sicut spes magni & egregij facinoris fefellit: ita & excelsi

In arduis  
rebus conatus  
pro uirtute  
habetur.



conatus gloria non illum est secuta. uindicatur enim ab omni obliuionis iniuria, noto hoc epitaphio:  
 Hic situs est Phaëthon currus auriga paterni,  
 Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.  
 Nec unquam fortes magnique conatus sua caruere laude. Non autem facere, quod optime possis, aut eum cursum, quem tenere sine graui perturbatione queas, non transcurrere, cum nihil ferè humanæ naturæ, nisi quod ipsa negligat, uel difficile sit, uel inimitabile, fracti est animi, mollis, & supra modum effeminati: quædo nemo, nisi naturæ prorsus implacabilis, repertus est unquam, qui studio nihil sit cõsecutus. Excitanda igitur prima hæc animaduersionis, ut quanta res sit illa, quam efficere uelimus, sollicita & longa animi prouisione expendamus, nostram in consilio facultatem habeamus: ne uel maior à nobis, uel minor cura, diligentia, opera, quam rei magnitudo postulat, suscipiatur: sed uniuersa uite nostræ ratio, nedum civilis actio sic instituat, ut omni ut temeritatis & negligentia culpa uacet. uidemur enim ipsi studium nostrum abiicisse, cum naturæ nostræ genium propensionemque aut omnino non obseruamus, aut studijs frangimus diuersis. Quæ si non optima cõtingat, quod fieri semper non potest, **PRÆSTANTIA** enim quæ sunt, eadem solent esse perrara, poterit, ut reliqua omnia naturæ beneficia, & arte corrigi, & studio emendari, in eaque duci **MEDIOCRITATEM**, in qua sepiissime uirtus laudata fuit. Est enim, ut ait sapientissimus Poëta, quodam prodire tenus, si non datur ultra.

Magna se  
per laus  
fortibus  
conatibus in-  
subnit.

Omnis a-  
ctio negli-  
gentia & te-  
meritate de-  
bet vacare.

Altiusque ibunt, qui ad summa contendunt. Contra uniuersam contendere naturam tam est stultum, quam uelle cum ratione insanire. Prægeris enim citius, prorsusque extinxeris naturæ & impetus illos celeres, quàm in uniuersum immutaris: aut eò cõuerteris, à quo tota est abhorrens. An non uehementer absurdum est, cum tantæ sint tãquam corporis dissimilitudines, sic etiam animorum uarietates innumerabiles, suaque cunctis impressa sit idea quædam & animi impetus, cuius ui ad alia incitantur, & magno ferimur conatu: ab alijs tanquam scopulis & præcipue non abducimur, unius tantum uelle ingenij iudicio cœu regula quadam omnium naturas metiri? Aut unum omnibus etiã diuersissimis attribuerè munus, cum sua cunctis & singulis ipsa natura designauerit præclara munera, ad quæ suo quisque genio, sua propensione, sua uoluntate, nullis magistrorum præceptis fertur? Nihil profecto, quod inuita, ut aiunt, Minerva facimus, recte unquam nobis successerit. Ad eò omnibus in rebus magnam uim habet natura, ut ea, si bona sit, ad omnem laudis gloriam per se ipsa ualeat, nullis externis auxilijs adiuta. si nulla sit, aut cum eo pugnans, ad quod cõuertitur, etiã hoc ipsum, cui faciundo destinata fuerat, deserendo, cætera omnia faciat imbecilliora: ut rectè præcepisse in epistolis uideatur Horatius,  
 Tu nihil inuita dices faciesque Minerva.  
 Ut enim simia uehementer ridicula est, quoties hominis personam sibi imponere, humanamque imitari naturam studet, nec tamen aliud esse quam simia potest: ita  
 c. i.

Nō esse cōn-  
tra uinera  
sã naturæ  
vim cōtē-  
dendum.



funduntur, turbantur, obteruntur, infano & infelici studiorum conatu. Quare res arduas aggressuri omnia diligenter circumspeciamus, uirēsque nostras periclitemur: ut sicut architecti pro loci natura aut magnas, aut humiles collocant substructiones, ita nos etiam uirū nostrarum temperationē secuti, nec maiora, nec minora, quā sustinere ac ferre facultas queat nostra, suscipiamus.

Non debet natura nostrę mediocritas imitationis spem voluntatēque auferre.

**C**OMMITTENDVM NON erit, ut eorum, qui se eloquētię ac magnarum artium studio dediderunt, si natura illa & ingenij uis excellens, & quędam altitudo forte non adsit, idcirco spes auferatur, aut infringatur conatus, aut denique industria languescat. Neque illud etiam permouere eos atque a studij decursu abstrahere debet, quod non parum multos, qui ita ad omnem laudis pulchritudinē informati fuerint, ut quibus illa artibus pararetur, in ijs animum intenderint, nullo uel studio, uel tempore dimisso, tanti tamen successus spes fuerit frustrata. Quin potius eō magis enitamur, ut quoniam Opt. Max. Christus uni homini, ut subli-

me corpus & erectum, cum cętera animalia pronis corporibus humum spectent, ita & animum altum atque excelsum dederit, ad maximarū rerum inquisitionem atque honestatem, mentem animique commentationem traducamus: cogitemusque nihil tam durū, tam arduum, tam difficile esse, quod non labor molliat, atque uincat industria. Cum etiam, qui omnem omnium opinionem superauerint, nedū eos, quos auctores ad ingrediendam studij artisque suę rationem habuerint, plerique commemorētur, ut Phidias, Polycletus & Apelles, quorum prior Elado sculpendis, ille Ageladi depingendis simulacris, hic uerō Pamphilo præceptore egregie antecelluit. NIHIL ENIM EST tam languidi animi, tam eneruati, quā uulgares res sectari, excellentes & singulares uirtutes propter animi imbecillitatem aut abijcere aut desperare. Non Ciceronem a scribendo pulcherrimos illos de Oratore libros deterruit magnitudo eius oratoris, qui omnium maximarum artium peritus esset, & qualem adhuc nulla ætas uidisset. Non Veneris pulchritudo, quam inchoatam Apelles reliquit, a pictura cęteros auocauit. Nō Plato ueritus est eiusmodi Rempub. oratione instituire, cuius ne umbra quidē extaret. Non Homerum admirabilis Orphei industria & sublimitas, quo minus ædito laudabili poemate de Cerere, Orphei maiestatem exprimeret, deterruit. Et cum pueri toties in terra graui corporis uitateque offensione ex alto sæpe gradu præcipitati, ad superiora tamē cōscendere conētur, nos magnis exc. iij.

*Mora*  
Nō esse excellētū uirtutū studiū propter animi imbecillitatem abijciendū.



# Ad quorum si-

militudinem mens nostra atque oratio sit comparanda.



R O P O N I T R H I C ardua, et  
 gravis et magnis doctissimorum ingenio  
 rum disceptationibus iactata quæstio:  
 ad cuius potissimum, ex tanta optimo-  
 rum auctororum copia, similitudine oratione nostram,  
 atque mentem informemus: cuius bene et obsecram  
 difficultatem, quæ præclara ingenia, ingenti animo-  
 rum cōtentione misere defatigavit: propterea quod  
 cum ratio, tu auctoritas utriusque partem æque suffragari  
 videtur. Quod si uix eius est hominis exphatere, qui me  
 diocriter literarum usum ad erudenda inuentum adfer-  
 re cupiat, ne tamen rei ipsius, quæ semel suscepta, ma-  
 gnitudine debilitatus, non solum conatum, sed spem

villis præ-  
cepis.

cellentium uirorum exemplis instructi, diuina illa  
 Ciceronis compositione in tantum nulla ex parte co-  
 habimur: quam si non ad æquum, meliorem tamen  
 sequi non poterimus. NON ENIM minus illu-  
 stre est Ciceronem imitari, quam gloriosum reliquos ad-  
 equare uel etiam superare. AEMULATIO mo-  
 do adhibetur, quæ SPES BONA quæ magna se-  
 quentem fult, speratamque ad dignitatem prouehit:  
 præcipue autem T R A N Q V I L L I T A S ani-  
 mi ab omnibus angoribus et ægritudine uacua, quæ  
 studij adfert tum magnitudinem, tum constantiam.

quos; peruenit, quod possim, imbecillus uidear ab  
 tactis, refera hic paucis admodum ea, quæ in hac sen-  
 tentiam à magnis et præclaris uiris sunt scripta,  
 interpositurus etiam meum de hac re iudicium. S V N T  
 ENIM magni et graves auctores, in quorum est in-  
 micro præter Eabum Quin. ceterosque extrajscus Picus  
 Mitraddula, cuius nuper morte, quæ fatum inuidia in-  
 tepestiue præuenit, graues ones liberales discipulimæ  
 acceperunt iactura: qui hac magna animorum cōtentione  
 ac fide, opinione cōfirmatōnes ex æquo bonos, non  
 minus aliquæ imitanda esse. Ad eaque probada has ad-  
 ferunt rationes, quod suum unumquisque genuit, suam  
 quæque naturæ habeat præpensionem, quæ ad carnem uer-  
 nit, ad quæ naturæ factus sit, impellatur: sua  
 cuique idea, quæ sit impressa, cuius celeribus mo-  
 tibus ad aliud uoluntate feratur, ab alio uero abdu-  
 catur. NO enim putant naturæ benignitate cōcessum  
 esse, sua quisque ut natura frangit ac uiolat, alienam  
 in solliciter imitatus, itaque ridicula simia absurdæ  
 indubria ad mortem imitacione sibi proponens. Cui præ-  
 ferunt naturæ fœcunditas non unum omnia, sed sua cu-  
 canctis dis-  
 tribuissent  
 ditur mo-  
 Ciceroni  
 Demosthe-  
 nes no. sa-  
 rificat.

Natura sua  
 canctis dis-  
 tribuissent  
 ditur mo-  
 Ciceroni  
 Demosthe-  
 nes no. sa-  
 rificat.

c. iiii.

tamque corpus umbra, ppetuo nos sequitur. Itaque ex  
 priu naturæ suæ habitu non poterit dissimulare, qui  
 cogitatione ad effectum, quod Demosthenes referbat, p-  
 fati fecerit: ut ipse quos Cicero se tota mente atque



tanto scriptura numero nemine alteri p omnia simi-  
lem esse, & eundem etiam hominem, ut Plato, ut Aristo-  
tes, ut ones certatitica senserunt, ppter amorem p-  
mationes adeo sibi dissimile esse, ut si ide argumenti  
genus, quod paulo ante oratione complexus fuerit, ex-  
plicare stylo debeat, diversam omnino verborum rursus  
dispositionem sequatur. Cu etiam reliquis in rebus hac  
immutabile naturae vim certamus, ut quis ide signu  
in eadem imprimitur, certat apparet, tamen pntu quid  
dam, ut aliud signu grauius, aliud altius, aliud uerbo  
lenius impreffum uideatur. ALII VEROB  
Duntaxat tantu Cicerone inuentu imitatu pponi  
no debere cognoscunt, & eius effingendi uehementi quo-  
dam & pntu studio omnibus ceteris bonis discipuli-  
nis, omni inueniuntur artium traditioni, fucus & ueluti  
lenocinium adasperatur: du in pcedenda lingua, cuius  
tam graue armento sustinemus sollicitudine, Ciceronis  
uerba admirabili copia uincta atq; splendida incre-  
dibili quodam studio affectamus, & aspera metimur, ad uer-  
ba & huiusmodi copiam, ueritas, ueritas, ueritas, ueritas  
circuitus amittuntur, ueritas, ueritas, ueritas, ueritas  
tione memorie addamus: nullu uerbo in publico  
manu reu ingratum, artium cognitione adsequenda  
studiu ponamus, quatu tamen pulchritudine sic ora-  
tio uelitur, ut sine ea seruis, maia, diuis & pro-  
fusa est omnis uerborum uolubilitas, & gratia, &  
audientiu admiratione carens.

Quae sunt  
causae quae  
obre cetero  
no omnibus  
credatur  
imitandus  
esse.

NEQUE TAMEN HANC esse putat solu-

miserabilem, & infelicem uirtus hominis exprime-

di seruitute, sed duo etiam maxima omni magnam ar-

tu impedimenta & ueluti uita inde orti: quorum  
primum est, quod quatuus inimitabile illam Ciceronis  
phorasi & styli teperationem, immortaliq; in genij  
facundia teperantem, sicuti uehementia, laboris imense ma-  
gitudinem, animiq; contentione inuitari conuenit, spe-  
remisq; fore aliquando, ut tot amnis uirtus in Cice-  
ronis scriptis uersa, amorem uensa ac uoluntate  
tes Ciceroniana & teperamus: no tamen nos pos-  
se propter ingeniorum nullitatem & diuersissimas  
eas atq; ideam, cuius propriae cuiq; uim natu-  
ra inuenit, eandem quae in Cicerone praecipue comen-  
datur, inuenire consequi: non eandem argumetoru,  
non locorum communium, non digressionum, non  
tam uarietas & uarietas, no sententiaru omnino uarietas  
no complecti, aut illam retinere memoriam & pro-  
prium dicitur, quae duo propriae naturae sunt mun-  
diciae, nec sperandam quide eam, quae uirtus Cice-  
ronis diuino ingenio, admirabili decorum benignita-  
te comprehensa fuit, copiositas felicitate cuiq; mor-  
taliu esse, quae uero ex tot hominum nullibus nul-  
lus alteri uel aliqua similitudinis forma aequalis fu-  
it. sed suam uniuersisq; styli moderationem, suam  
praesentem, uel floridam, uel uictam, carme & neruis ueluti  
tam, uel aridam, tumidam, inflatam, uel uiam, exilis  
siccam praese tulisse uidetur. Exemplo esse Cicerone,  
Caesare, Caelio, Calpurnio, seruulio, Domitio  
um Afrum, Iulium Africanum, Trachallum, Vibiu-  
Crispium, Brutum, Corneliu Celsum, ceterosq; que  
quorum ut insignis in reipub. administratione, in se-  
natus populiq; concionibus ac ciuilibus i rebus flo-

Memoria  
pro  
prium  
dicitur  
propria na-  
turae manes

ruit eloquentia: ita plerique omnes uaria atque diuersa orationis forma sunt usi, nulla prorsus ut appareat similitudo. Nam et Iulius Cæsar uehementi dictionis acumine atq; concitatione, qua forensibus in causis usus dicitur (nam in commentarijs orationis ornatum detraxit, uenusta quidem, sed tamē nuda usus dictione) Ciceronem adæquaturus uidebatur, si ciuilibus actionibus, non etiam ciuili diffidio uacasset. Cælius natura petulans, et sanguinis humani audax, eloquentiæ bona ad salutis et fortunæ humanæ propugnationem, à dijs immortalibus concessa, in perniciem et fraudem calamitosorum hominum conuertit, ardēs in accusationibus, sed tamen non inurbanius. Calui sancta, grauis et expolita oratio multum uenerationis apud populum Ro. est cōsecuta. Seruius ob laudabile rerū inuentionē præcipue p̄dicatur. Domitius Afer uerborū artificio, Iulius Africanus dicēdi cōcitatōe et uerborū cura, quæ in illo, tanq̄ nimia est rephēsa, benignā ingenij famā sunt cōsequuti. Trachallus sublimis et aptus fuit: quæ admodum cōpositus et delectationi natus Vibius Crispus. Brutus magna ingenij laude in grauib⁹ ciuiliū rerū p̄motiōib⁹, p̄deri maxiarū rerū sufficere potuit. Corneliū Celsū oratiōis pprietate, gratia, ac breuitate oblectatu fuisse, indicat libri, quos de re medica scriptos posteritati reliquit. solum ferè latinus medicus, quē tamē nō infeliciter ex priere uidetur IOGVINTERIVS eximio me dēdi artifex, et oīm laudādarū artiuū doctissimus. Quanta igitur hic uidemus ingeniorum dissimilitu

C. Iul. Cæsar.

Cælius.

Caluus.

Seruius.

Domitius

Afer

Iulius Africanus

Trachallus

Vibius Crispus.

Brutus

Cornelius

Celsus.

dinem: suam scilicet quisque naturæ indolem, suum genium, suam naturæ propensionem imitatur.

ALTERVM EST, QVOD SI VNVM Ciceronē naturālē et legitimū existimemus, p̄pterea q̄ eius p̄fectissima est eloquentia, necesse igitur nos habere, ut ceteros oēs, graues et magnos auctores, Plautū, Terentiū, Cæsarē, Hortēsiū et Fabiū Quint. abortiuos et spurios esse p̄fiteamur: qua iuriæ illiberalitate excellētēs illi uiri, et ingenij gloria immortales prorsus sunt indignissimi.

SUNT ETIAM QUI MULTIS ET magnis instructi argumētis, optimos auctores statim et semp̄, sine ullo delectu euoluēdos suadeāt: propterea q̄ ipse Cicerō nō unū sibi ad informādū orationis filū p̄posuit, sed uim Demosthenis, copiā Platonis, iucūditatemq; Iocratidis, rara ingenij felicitate fuerit cōsecutus. Et tanq̄ uarij sunt animi, corporis ac uoluntatis habitus, ita uarios quoq; auctores esse, in suo quēq; genere probatos: ut omniū cōsensio ne conueniat, eiusmodi quandā in cōsilio habendā esse rationem, ut cum nō unum aliquē, quē imitemur, elegerimus, cōpositio tamē nostra sit pura, æquāliter fluens, concitata uel tēperata. ANGELVS POLITIANVS uir intelligens et eloquentiæ etiam studiosus, et ut ego quidē iudico, admirabili dicēdi gratia affluens, q̄ illā Ciceronianæ læxiæ faciē, indolē atq; ideā leui desperatione fract⁹, cōse qui se posse nullo consideret modo, Ciceronē unum imitandum non esse, edita, quam hic adscripsi, epistola parum prudenter præcepisse uidetur.

Altera causā, quā obrē nō vnus Cicerō uideatur imitandus esse.

tertia causā.

Angelus Politianus.

REMITTO EPISTOLAS DILI-  
gentia tua collectas: in quibus legendis, ut  
liberè dicam, pudet & bonas horas male  
collocasse. Nam & præter omnino paucas, minime  
dignæ sunt, quæ uel à docto aliquo lectæ, uel à te  
collectæ dicantur. Quas probè, quas rursus impro-  
bè, nō explico. Nolo sibi quisquam uel placeat in his  
auctore me, uel displiceat. Est in quo tamen à te dis-  
fentiã, de stylo nonnihil. Non enim probare soles, ut  
accepi, nisi qui lineamenta Ciceronis effingat. Mihi  
uero lōge honestior tauri facies, uel leonis, quàm si-  
miæ uidetur: quæ tamē homini similior est. Nec i-  
qui principatum tenuisse creduntur eloquentiæ, si-  
miles inter se, quod seneca prodidit, fuerunt. Ridē-  
tur à Quintiliano qui se germanos Ciceronis puta-  
bant, quod his uerbis periodum clauderēt, esse uide-  
antur. Inclamat Horatius imitatores, ac nihil aliud,  
quàm imitatores. Mihi certe, quicumq; tantum com-  
ponunt ex imitatione, similes esse uel psitaco, uel pi-  
cæ uidentur, proferentibus quæ nō intelligunt. Ca-  
rent enim, quæ scribunt isti, uiribus & uita, carent  
actu, carēt affectu, carēt indole, iacent, dormiūt, ster-  
tūt. Nihil ibi uerum, nihil solidum, nihil efficax. Nō  
exprimis (inquit aliquis) Ciceronem, quid tum? non  
enim sum Cicero, me tamen, ut opinor, exprimo. Sūt  
quidam præterea mi Paule, qui stylum, quasi panē,  
frustulatim mēdicant: nec ex die solum uiuunt, sed

& in diē: tū nisi liber ille præsto sit, ex quo qd ex-  
cerptant, colligere tria uerba non possunt. Sed hæc  
ipsa quoq; uel indocta iunctura, uel barbaria inho-  
nesta contaminant. Horum igitur oratio semper tre-  
nula, uacillans, infirma, uidelicet male curata, ma-  
le pasta: quos ferre profecto non possum. Iudicare  
quoq; de doctis impudēter audentes, hoc est, de il-  
lis, quorum stylum recondita eruditio, multiplex le-  
ctio, longissim<sup>o</sup> usus diu quasi fermētauit. sed ut ad  
te redeam Paule, quem penitus amo, cui multum  
debeo, cuius ingenio plurimum tribuo, quæso, ne su-  
perstitione ista te alligēs, ut nihil deleat, quod tuū  
plane sit: & ut oculos à Cicerone nunquam deici-  
as. sed cum Ciceronem, cum bonos alios multū diū-  
que legeris, cōtriueris, edidiceris, concoxeris, & re-  
rum nullarum cognitione pectus impleueris, ac iã  
cōponere ipse aliquid parabis, tum denuum uelim,  
quod dicitur, sine cortice nates: atq; ipse tibi aliquãdo  
sis in cōsilio, folicitudinēq; illam morosam nimis  
& anxiam deponas effingendi Ciceronem: tuas de-  
niq; uires uniuersas pericliteris. Nam qui tantū ri-  
dicula ista, quæ uocatis lineamenta, contemplantur  
attoniti: nec illa ipsa, mihi crede, satis repræsentāt,  
& impetum quodãmodo retardant ingenij sui: cur-  
rentiq; uelut obstant, & (ut utar Plautino uerbo)  
remoram faciunt. sed ut bene currere non potest,  
qui pedem ponere studet in alienis tantum uesti-  
gijs: ita nec bene scribere, qui tanquam de præscri-  
pto non audet egredi. Postremo scias, infelicis esse  
ingenij, nihil à se promere, semper imitari. Vale.



SVNT PLARAE ALIA MVI  
 re in hanc sententia scripta, quae ego, quoniam lego-  
 re de considerat oratione, summatim hic perscribere no-  
 luit, ut si mea haec oratio informata sit, huius profue-  
 rit, iudicium meum de aliorum sententiis fecissimul, aut  
 vel dignitate violata, vel debitu magis partem  
 claris bonis honore uideat detrahi, et tunc enim po-  
 test, ut cum animi mei sensus cum eorum scriptis dissen-  
 tiat, ipsi non male iudicet, sed tamen quae, cum sui  
 quae in humana mens uisus allicius rei effugere de-  
 que est, et celeres, ut illi aut motus sunt in partibus  
 dio precipue flagrat: cum suo quaeque genio, animi  
 inductione certa styli repperatione egerere possit, quae  
 eam sit, quae obre eius dictione, quae omni laudat  
 ma est, potius, quam in sum cuiusdam reuoluam, quae  
 huius, sine sanguine, sine carne, sine nervis styli quae  
 qua in imitatione sibi proponat, ut enim ipsam, quae  
 in unoposque est, NATVRA M, id est, ea  
 no possunt, sic tamen CONSILIV M, id est, ea  
 prouideat, et notat, quae ex natura est, et  
 scatur, et integrum nobis erit: ut quaeque in inguis  
 cannam generibus, uel Ciceroni, uel Virgilio crebro  
 usurpata fuisse animaduertimus, ea in simili ar-  
 gumento ex publico spectemus, imitemur, et imitemur.

Consultum  
 nos scripsit  
 non male  
 sequitur  
 meret post  
 se. V. 4.

Responsum  
 eorum quae  
 proposita  
 sunt.

stantissimique in suo sit genere, imitatio coe sequi possit,  
 idem hoc turpi invidia, quae quada uerit iudicij egesta-  
 te aut negligere, aut non obis imitandum proponere. Et  
 si per se sententia dictione poterimus, qui omni per se  
 sumus sit, et habere, uel in infimo labore oes arti-  
 um scriptores, quibus per se dicitur et tunc non sit  
 factura, enouere atque decoquere. Maneat igitur istud  
 nem expertum  
 mendat ois  
 nostra indus  
 stria coner-  
 tendam.

NAM QVOD VNVS CICERONIS  
 lectione fieri conuincitur, ut bonae ac liberales oes  
 discipulae, oes in genio et arte, suo usu, suo honore, sua  
 spoliatur ueneratione: hoc per se absurdum, et plane  
 puerile mihi uidetur. Quae enim artium omnium ex illo  
 circulo, et orbis scietiarum, quae et per se uel et laep  
 noam diximus, quae non maiore animi prouidentia, ma-  
 iore iudicij altitudine, et loquua florida, et solo  
 Cicerone ipse tradidit, sed etiam illi illustrauerit, ut mihi  
 simpliciter ueritatis fidem secuto, uere hoc uideat ap-  
 probare, Ciceronis beneficio ingeniarum artium discipuli  
 narique, studia, quae aut nostro saeculo incognita, aut  
 quoniam male et græco in Latini sermone uersa erant,  
 explorata scholis omnibus fuissent, illi uerit excitata est.  
 se gratia, et publica in usum relata.

QVOD VERO EX CICERONIS IMI-



di temeritate cōfingāt, q̄ scilicet solus Cicero legit-  
tinus naturæ partus sit: ceteri oēs illegitimi &  
spurij habeantur: q̄s non planè stipes, uel sensus cōis  
inops, statim intelligat, hoc q̄ sit ridiculu & ex tri-  
uio sumptu conuittium? Nam auctores oēs, quorū le-  
ctio balbutiētis linguæ lubricum liberali orationis  
flexu corrigit: uel morum ac uitæ auget dignitatē:  
uel rerum omnium causas, originem, consecutiones  
perdoct, non solum legendos esse, sed quantum in  
quoq̄ est, aliqua etiam ex parte ediscēdos, publicus  
orbis consensus confirmauit. Nam & olim magna  
cum admiratione sunt lecti, & posteritas quoq̄, cū  
propter styli aternitatem, tum uero multarum ma-  
ximarumq̄ rerum pulchritudinem, & fecundam  
exemplorum ubertatem deuotis animis leget, atte-  
ret, perdiscat. sed ut studiose legendi erūt omnes, sic  
tamen non omnes, quod fieri non potest, erunt imi-  
tandi. Nam si hanc uulgi opinionem magnis errori-  
bus implicatam, & quæ eruditissimis uix rationi-  
bus, ex eorum auelli animis potest, qui priorem si-  
bi opinionem induerunt, maxime illis concedamus;  
ut scilicet artium scriptores omnes legendi sint, om-  
nes imitandi, quæ per deum immortalē, tanta in  
quoq̄ mortalium studiū uehementia, quæ tanta in-  
genij fecunditas, quæ tanta naturæ bonitas, curæ,  
lucubrationum, industriæ, & omnis deniq; miseriæ,  
quam plurimam habet feruens literarum studium,  
patiētia & indefessa gnauitas inoffensuq; conatus  
ullus esse potest, ut cum acri & uehementi naturæ  
incitatioe in summi alicuius indolē atq; æquæ

Auctores  
omnes legē  
di quidem  
erunt, non  
tamen imi-  
tandi.

Feruens li-  
terarū stu-  
dium pluri-  
mam habet  
miseriam.

atione adæquandam, tam laboriosè incumbamus:  
nec tamen queamus, nisi multorum annorum stu-  
diorumq; decursu, quandam ueluti styli faciem asse-  
qui, aut eum ipsum exprimere, quæ per omnia imi-  
tari, æmulari, & pari dictionis collocatione præsen-  
tare conamur, uelle tamen, quod sperari à nemine  
possit, omnes imitari. An non omnes imitamur, legi-  
mus, atterimus, euoluimus, ediscimus, Ciceronē cum  
imitamur? Cum enim eum imitemur, qui raro na-  
turæ miraculo, & inaudita ingenij felicitate, studio-  
rum auspicijs atq; successu, quod singuli uix magno  
animorum conatu consecuti uidentur, id unus uni-  
uersum in se conuertit, omnes iam legimus, omnes  
imitamur. Huic igitur, qui officiosa æmulatione, &  
propensa animi inductione in exemplum eloquen-  
tiæ, consilij, prudentiæ, dignitatis, ac uirtutum  
denique omnium sibi proponet, omnes ( ut sepe  
idem repetam ) iam legit, oēs est imitatus. Vt enim  
absurde ridiculum est, & omnium illusionē dignis-  
simam, cum domi hortum habeas, qui herbarum, ar-  
borum, fructuum, florum, earum deniq; rerū omni-  
um, quæ uel ad hominis uitam, uel afflictam ualetu-  
dinem, longa & uehementi morbi seuitia fractam,  
colligendam pertinent, ubertate ac copia diffluat,  
malle tamen, relicto tam felici compēdio, omnes or-  
bis partes, regionum loca perreptare, ut quas domi  
habeas herbarum & fructuum diuitias, eas ingen-  
ti & infeliciissima laboris frustratiōe peregrè quæ-  
rere: sic insanie propemodum est, quæ in unius Ci-  
ceronis lectiōe felicissimo studiū successu asseq̄ pos-  
d. i.

sis, frustra in omnibus alijs auctoribus inquirere. Ciceronis igitur lectione aded suis optimis & excellentibus artium scriptoribus honos, dignitas, existimatio, auctoritas non decrevit, ut illustri etiam laudis splendore exornetur. Nec spurij ac illegitimi partus præter Ciceronem ceteri erunt omnes, sed in suo quisque genere præstans, copiosus, acris, concitatus, dulcis, iucundus, remissus erit, & omni eruditionis, ingenij, industriæ gloria illustris: quorum omnium uirtutes, quoniam in scriptis suis exprimit Cicero, non uidebitur in paranda dictione cæterorum lectione magnopere egere, qui hunc rectè fuerit consecutus.

SIMILI VERO DEMENTIA, CVPIDE & inuidiosè hanc quoque reprehensionem obijciunt: quod quauis styli faciem, compositionisque temperationem adæquemus, inuentionis tamen, argumentorum, & ἐπιχειρημάτων, cæterarumque Rhetoricæ exornationum διανομίαν, nec intelligere satis, nec imitari nos posse. Quod in parte quidè uerum est, propterea quod nouæ, inauditæ exurgentesque causarum ciuiliū controuersie nouam desiderat dispositionem, nouam locorum collocationem. sed meo quidem iudicio, qui Ciceronis admirabilè, uariam, temporis ac loci rerumque occasione accomodatam διανομίαν animo cognitam atque pertractatam habet: non erit, intellecta causæ natura, de dispositione admodum sollicitus. Vix enim eiusmodi thema incidit, cuius non exemplum, apud summum illum ciuiliū cōtrouersiarum disceptatorem prudentissimum reperiatur.

Nulla est  
causa cuius  
nō extet in  
Ciceronis  
scriptis ex-  
emplum.

QUOD AVTEM EX PRIORIS ætatis præstantissimorum oratorum copia affluentis hominibus, neminem alteri similem fuisse, puerili ludibrio comminiscantur, mirum uideri non debet. Qui enim nullum, ad cuius effigiem atque formam se componat, elegerit, cui similis, nisi uni sibi esse potuit? Laent igitur differentium rationes nullis argumentis aut signis confirmatæ, & tanquam scopæ dissolutæ, nec uim habent aliquam, nec confessionem.

PORRO ANGELO POLITIANO doctissima epistola respondet Paulus Cortesius, sententiam eius magnifice, grauiter & prudenter refellens: quæ quoniam nostræ opinioni omnino adhæret, uisum est eam hæc adscribere, quo magni præsertim & in omni erudita disciplina præstabilis uiri testimonio ad nostrum iudicium confirmandum utamur.

PAVLVS CORTESIYS ANGELO POLITIANO SVO S. D.

N I H I L V N Q V A M M I H I T A M  
præter opinionem meam accidit, quæ reddi-  
tus à te liber epistolarum nostrarum. Putabam  
enim illum tibi in tantis occupationibus excidisse. Nunc  
autem lectis tuis literis, uideo illum non modo à te  
gustatu: sed etiã planè deuoratu. cum & scripseris pu-  
dusse te in eo legendo bonas horas malè collocasse:  
& eas ipsas minimè tibi dignas uideri, quæ uel ab  
aliquo docto lectæ, uel à me collectæ fuisse dicantur,  
præter nescio quas hominum perpaucorum. Ego aut  
d. ij.

totum istud tibi remitto, nec planè iudiciū meū in-  
 terponā, cū nefas sit quodāmodo à te dissentire: &  
 ego is sim, qui de altero iudicium facere (ut ait M.  
 Tullius) nec uelim si possim, nec possim si uelim. sed  
 ueniā ad illud in quo te dicis à me quāmaximè dis-  
 sentire. scribis enī te accepisse, me neminē pbare ni-  
 si, q̄ lineamēta Ciceronis cōsēclari uideātur. Ego ue-  
 rò q̄tū repetere memoria possū, nec istud recordor  
 unq̄ dixisse, nec dictū uolo. Quæ enī stultitia esset,  
 ut cū tā uaria sint hoīm ingenia, tā multiplices na-  
 turæ, tā diuersæ inter se uolūtates, eas uelle unius  
 ingenij angustijs astringi, & tāq̄ p̄finiri? sed quoniā  
 me i hāc disputationē uocas, nō erit fortasse alienū  
 tēpus purgadi iudicij nostri, & tuēdi mei: cū plane  
 cognoscā uerba tua esse sua soris, non laceſsentis. Et  
 primū de iudicio libēter fatebor: cū uiderē eloquē-  
 tiæ studia, tandiu deserta iacuisse, & sublatū u sum  
 fore sem, & quasi natiuā quādā uocē deesse hoībus  
 nostris, me sepe palām affirmasse, nihil his tēpori-  
 bus ornate, uariēq; dici posse, nisi ab his q̄ aliquem  
 sibi proponerēt ad imitādū. Cū & peregrini exp-  
 tes sermonis, alienas regiōes malè possint sine duce  
 peragrarē: & anniculi infantes nō nisi in curricu-  
 lo, aut nutrice præeūte inambulēt. Cū autē multi in  
 omni eloquētiæ genere floruerint, memini me unū  
 M. Tullii ex doctorū acie abduxisse: in quē oīm in-  
 genio sorū hoīm studia cōferēda putarē. Non q̄ igno-  
 rare multos dicēdi gloria præstitisse, q̄ & acuerē i-  
 ndustria, & multis oratorijs uirtutibus alere ingenia  
 possent: sed & quia uidebā hunc unū oīm secularū

consensu principē esse iudicatū: & q̄ a puero didi  
 cerā in oī numero, semp̄ optimū esse eligēdū: corru-  
 pti stomachi, & intēperatis ægri esse putabā, dete-  
 riorē cibū seligere, salutarē & optimū asp̄nari. Au-  
 sim nūc etiā affirmare idē q̄ sæpe, neminē post M.  
 Tullii in scribēdo laudē cōsequutū, præter unū aut  
 alterū, q̄ nō sit ab eo eductus, & tanq̄ lactis nutri-  
 mēto educatus. sed erat tū quādā cæta imitādi ra-  
 tio: qua & fastidio similitudinis occurrebat, &  
 nitidū illud genus hilaritate quādā asp̄sa, cōdieba-  
 tur. Nūc autē illa ab hoībus nostris, aut neglecta est,  
 aut ignorata. Similem uolo mi Politiane, non ut si-  
 miā hoīs: sed ut filiū parētis. illa enim ridicula imi-  
 tatrix tātū deformitates & uitia corporis depra-  
 uata similitudine effingit: hic autē uultū, incessum,  
 statū, motū, formā, uocē deniq; & figurā corporis  
 representat, & tamē habet in hac similitudine aliqd  
 suū, aliquid naturale, aliqd diuersum: ita ut cū cō-  
 parētur, dissimiles inter se esse uideātur. Dicam idē  
 iterū habere hoc dilucidā illā diuini hoīs in dicēdo  
 copiā: ut existimāti se imitabile præbeat, experiēti  
 spem imitatiois eripiat. Fit enī undiq; ad eū cōcur-  
 sus, & quisq; arbitratur illo modo se posse dicere.  
 Hoīes enim natura suauitatis audiores, difficillimā  
 rem uolūtate nō facultate metiūtur. Itaq; dū abun-  
 datiā sermonis, & (ut ipsi aiūt) facilitatē imitan-  
 tur, neruos & aculeos deserūt: & tū à Cicerōe ab-  
 sunt lōgissimē. Nec autē refert alieno ornatu, & q̄-  
 busdā luminibus, ac quasi insignibus nostra scripta  
 explere, nisi queamus id distinctē aptēq; facere. Fit  
 d. iij.



» enim nescio quid monstruosum, cum membra cohæ-  
 » rentia malè dissipantur. Quare (ut de me loquar)  
 » nihil est Politiane quoddam me à Ciceronis imitatione  
 » deterreas, sed quod potius obiurges inscitiam, quod  
 » nequeam bene illum imitari: quanquam ego malo  
 » esse assecla & simia Ciceronis, quam alumuus aut  
 » filius aliorum. sed permagni interest, utrum quis u-  
 » deatur quenquam uelle imitari, aut neminem. Ego  
 » autem statuo non modo in eloquentia, sed in alijs  
 » etiam artibus necessariam esse imitationem. Nam  
 » & omnis doctrina ex antecedenti cognitione para-  
 » tur: & nihil est in mente, quin fuerit priùs in sen-  
 » sibus perceptum. Ex quo intelligitur omnem artem  
 » naturæ esse imitationem, sed natura fieri ut ex eodè  
 » genere dissimilitudo nascatur. Homines enim cum  
 » inter se dissimiles sint, similitudine coniunguntur:  
 » & quanquam alij coloratiores, alij pallidiores, alij  
 » uenustiores, alij proceriores sint, una tamen est om-  
 » nibus figura & forma. Illos autè quibus aut crus,  
 » aut manus, aut brachia desunt, non omnino ex ho-  
 » minum genere excludendos: sed aut mancos, aut  
 » claudos appellandos putarem. Sic eloquentiæ una  
 » est ars, una forma, una imago. Qui uerò ab ea de-  
 » clinant, sæpe distorti, sæpe claudi reperiuntur. Aspice  
 » nunc eos homines, qui sibi elegerunt M. Tullium imi-  
 » tandum, quantum ab eo distent, quantum etiam in-  
 » ter se dissimiles sint. Profluentem quãdam sine mo-  
 » destia ubertatem Liuius arripuit, acumen Quinti-  
 » lianus, sonum Lactantius, lenitatem Curtius, ele-  
 » gantiam Columella. Quorum cum esset unum pro-

» pè imitandi propositum, nihil est tam dissimile, quàm  
 » ipsi inter se: nihil tam distans (si cõparentur) quàm  
 » ipsi à Cicerone. Ex quo intelligi maximè & cum iu-  
 » dicio ponderandam esse imitationem: & eum ip-  
 » sum hominem mirabilem fuisse, ex quo tam diuersa  
 » ingenia, tanquam ex perenni quodam fonte deflu-  
 » xerint. Omnino, Politiane, certis auctoribus insisten-  
 » dum est, quibus ingenia formentur, & tanquam a-  
 » lantur. Relinquunt enim in animis semina, quæ in  
 » posterum per seipsa coalescunt. Qui autem nemi-  
 » nem imitari, & sine cuiusquam similitudine laudè  
 » consequi uideri uolunt, nihil (mibi crede) roboris  
 » aut uirium in scribendo præ se ferunt: & illi ipsi,  
 » qui se niti dicunt ingenij sui præsidij, & uiribus,  
 » facere non possunt, quin ex aliorum scriptis eru-  
 » ant sensus, & inferciant suis, ex quo nascitur ma-  
 » ximè uitiosum scribendi genus: quum modo sordi-  
 » di & inculti, modo splendidi & florentes appare-  
 » ant: & sic in toto genere tanquam in unum agrum  
 » plura inter se inimicissima sparsa semina. Fieri enim  
 » non potest, quin uaria ciborum genera male conco-  
 » quatur: & quin ex tanta colluuiõ, dissimillimi ge-  
 » neris uerba inter se collidantur. Nec minus huius  
 » corruptæ orationis asper concursus aures ferit,  
 » quàm ruentium lapidum fragor, aut strepitus, aut  
 » quadrigæ transcurrentes. Quid enim uoluptatis af-  
 » ferre possunt abiguae uocabulorũ significationes, uer-  
 » ba trãuersa, abruptæ sententiæ, structura salebrosa,  
 » audax translatio, nec felix, ac intercisi de industria  
 » numeri? Quod necesse est his omnibus accidere, qui  
 » d. iij.



,, ex singulis sensus & uerba eruunt, & neminem  
 ,, imitantur. Horum sanè omnis oratio est, tanquam  
 ,, Hebræorum domus, quibus sunt ad quoddam tem-  
 ,, pus diuersorum hominum bona oppignerata. Nam  
 ,, ibi & lacernæ, & amictus, & penulæ, & multo-  
 ,, rum sepe pallia suspensa internoscuntur. Ego autè  
 ,, tantum interesse puto inter eum qui neminem imi-  
 ,, tatur, & qui certum ducem consecratur: quantum  
 ,, inter eum qui temerè uagetur, & qui rectà profici-  
 ,, scatur. Ille deuius inter spinas uolutatur: hic au-  
 ,, tem ex proposito itinere ad constitutum locum sine  
 ,, lapsu & molestia contendit. Præterea Politiane sic  
 ,, habe: neminem eloquentiæ laudem consequutum,  
 ,, qui non sit in aliquo imitationis genere uersatus.  
 ,, Apud Græcos non modo oratores Demosthenes, Hy-  
 ,, perides, Lycurgus, Aeschines, & Demarchus: sed  
 ,, etiam illi ipsi philosophi uirtutum magistri, alicuius  
 ,, imitatores esse uoluerunt. De nostris hoc loco taceo,  
 ,, ne uidear tibi uni omnium doctissimo, quasi scho-  
 ,, lam quandam explicare. Nec item aliquid de Mar-  
 ,, Tullio dicendum puto. Exploratum est iam illud om-  
 ,, nibus: ut qui se ad Mar. Tullium effingendum con-  
 ,, tulerit, si minus aliquam imitandi gloriam conse-  
 ,, quatur, in eo tamen ornetur, quòd illum sibi elege-  
 ,, rit exprimendum: ut illud fuisse naturæ & ingenij  
 ,, uideri possit, hoc iudicij. Vale.

**P**ERSCRIBAM NVNC PAU-  
 cis singulos animi mei motus, consi-  
 lique rationem: in qua adhuc liben-  
 ter conquiesco, ut si aliqua ex parte  
 interpositum hoc meum de imitatio-  
 ne iudicium, eloquentiæ humanitatisque studiosis  
 prodesse possit, uoluntatem illis meâ emensum me  
 esse, uehementer gaudeâ. Volo enim mihi, sicut com-  
 munem huius studij fructum cum illis esse, ita eti-  
 am uel laudem, quam mihi ambire nõ licuit, uel au-  
 daciæ reprehensionem: ut si tanti laboris effectu  
 destituar, eorum sit mihi impositi culpa, (ut ait Ci-  
 cero,) mea uero suscepti.

IN HAC IGITUR COGITATIO-  
 ne omnibus animorum sensibus, mente, commenta-  
 tione, cura, atque industria uersamur: in eaque per-  
 petuo defixi hæreamus, ab omni aliarum rerum uel  
 studij ambitu relictî, ut cum plerissimam rerum co-  
 gnitionem ex bonis auctoribus hauserimus, statim  
 ac semper M. Tullij eloquentiæ præteritis phrasin elo-  
 cutionisque collocationem spectemus, imitemur, ex-  
 primamus: adeoque uniuersas animorum cogitatio-  
 nes ad illû per omnia effingendû cõuertamus: aio  
 deuotissimo & quadam ueluti religione ex illius i-  
 mortalis in dicèdo uiri alta ingenij gloria, & admi-  
 rabili omnium uirtutum laude ppendentes. Deinde, ne  
 pter illû quèq; temeraria animi incitatioe imitadû  
 nobis pponamus. Nã & illû tanq; magnû aliquod  
 & rarum naturæ miraculum, & in què eloquentia  
 uim suam uniuersam trãfferret, omnes omnium uir

Parta opti-  
 marum res-  
 rum cogni-  
 tione unum  
 Ciceronem  
 esse imitan-  
 dum.

tutes esse consecutū documento erit, quod in Oratore de seipso hæc scribat: Nulla est enim, inquit, ullō in genere laus oratoris, cuius nostris in orationibus nō sit aliqua, si nō perfectio, at conatus tamen atq; adūbratio: nō assequimur, at quid deceat uidemus. hæctenus ille. Et qui multos æmulatione assequi studeat, eius nulli similis, nulli par esse potest oratio.

**DISTRAHITVR** enim humanæ mentis angustia auctori copia, nec hæere trāquilla in quoq; potest. Et cū mens diuersis perturbata motibus, ueluti æstuatīs maris iactationibus disiecta, in nullo hæret, nullū magnificū aut ingeniosum facinus conficere potest. Quam meam sententiā ne quis fortē eleuet, aut cōtemnat, adscribam Quintiliani iudiciū lib. 2. ca. 6. Quod, inquit, si potuerit obtineri, non ita difficilis supererit quæstio, qui legendi sint incipientibus. Nam quidā illos minores, quia facilius eorum intellectus uidebatur, probauerunt. Alij floridius genus, ut ad alēda primarum ætatum ingenia magis accommodatū. Ego optimos quidem & statim & semper, sed tamen eorum candidissimū quēq; & maxime expositū uelim. Cicero ut mihi quidē uideatur, & iucundus incipientibus quoq; & apertus est satis, nec prodesse tantum, sed etiā amari potest: tum quēadmodum Liuius præcipit, ut quisq; erit Ciceroni simillimus. Idē lib. 10. ca. 1. de Cicerone sic scribit: Nam mihi uideatur Marcus Tullius, cū se totum ad imitationē Græcorū contulisset, effinxisse Demosthenis uim, copiā Platonis, iucunditatem Isocratis. Nec uerō quod quoq; optimū fuit studio cō-

fecutus est tantum, SED PLVRIMAS, uel potius omnes ex seipso uirtutes extulit: immortalis ingenij beatissima ubertate. Nō enim pluuias, ut ait Pindarus, aquas collegit, sed uiuo gurgite exundat, dono quodam prudentiæ genitus, in quo totas uires suas eloquētia experiretur. Nam quis docere diligentius, mouere uehementius potest? cui tanta iucunditas unq; affuit: ut ipsa illa, quæ extorquet, impetrare eū credas: ut cū transuersum ui sua iudicē ferat, tamē ille nō rapi uideatur, sed sequi. Iam in omnibus quæ dicit, tanta auctoritas inest, ut dissentire pudeat: nec aduocati studiū, sed testis aut iudicis adferat fidem. Tum interim hæc omnia, quæ uix singula quisq; intentissima cura cōsequi posset, fluunt illaborata, & illa, in qua nihil pulchrius auditu est, oratio præ se fert tamē felicissimā facilitatē. Quare non immerito ab hominibus suæ ætatis regnare in iudicijs dictus est. Apud posteros uerō id consecutus, ut Cicero iam nō hominis nomē, sed eloquētiæ habeatur. Hūc igitur spectemus, hoc propositū nobis sit exemplum. Ille se profecisse sciat, cui Cicero ualde placebit. Ex his apparere satis opinor, cū multi sint ingenuarū artium insignes scriptores, ex quorum fere numero est nemo, quē non plurimū studijs nostris profuturū arbitrer: unū tamen Ciceronem maxime esse imitādū, ppter ea quod sicut alij unā fortasse eloquentiæ partem ab soluerunt, ita omnes uni huic eloquentiæ opes fuerunt concessæ: ex quo tanq; oceano omnis dicendi exornatio: omnia sententiā pōdera, omniū literarū loci quidā cōmunes fluxerūt.

# Quid sit imitatio, & eam esse duplicem.

Imitatio.



IMITATIONEM CICERO definit, qua impellimur animi diligenti ratione, ut aliquorū similes esse in dicēdo uideamur. Est enim imitari nihil aliud, nisi orationē nostram ad alicuius phrasin, quæ omni exornationis copia florentissima sit, cōformare & cōponere, ut eā scribendi λείψ & styli temperatione, quæ in eo sola, ad cuius nos æmulationē cōponimus, præcipuā uenerationem meretur, effingamus.

Imitatio duplex.

EA AUTEM DVPLEX EST, ORATIONIS & διονομίας rerum, argumentationum, affectionum, exornationū, compositionis, membrorū, uinculorum, in quibus omnis eloquentiæ uis, omnis admiratio atque artis huius magnitudo uersatur. Ostendimus autem priore in libro quasdā horū omnium præceptiones: nec dubium est, quin recta illa locorum dispositio, consilij, sententiarum, locorū cōmunium, sicut omniū difficillima, ita utilissima sit: quando uerborum & rerum abundās ubertas, aut uaga, dissoluta, eneruis, temerè, quocunq; animi impetus incubuerit, diffunderetur, nisi dispositio res ordine inter se congestas deuinxerit.

ELOCUTIONIS IMITATIO SO-

la est, quæ copiose, ornate, admirabiliter atque illuminatè dicentem populi acclamationibus, strepitu, suffragationibus, consensione, admiratione deniq; magnum, admirabilem & mortale quoddā numen inter homines efficit. Ostendimus alibi eius usum pluribus. sed debet ante omnia elocutionis imitatio liberalis, prudens, sobria, atq; honesta esse: re si nullo adhibito iudicio, quod primum nobis sese offert, & quadam etiam uenustatis specie falso blanditur, in dicendi usum conuertere uelimus, nullam nec styli temperationem, nec eloquentiæ laudē assequamur. Scripsit & in eam sententiam nuper multa Stephanus Doletus, præcipuum laborantis eloquentiæ subsidium.

Stephanus  
Doletus.

## Quæ in orationis imitatione sint effugienda.



ICVT FERACIORES AGRIS segetesq; facundiores nō solū optimarū frugum ubertatē, uerū lolium etiā & herbas frugibus inimicissimas effundunt, ita magna doctissimorū hominum & præclara ingenia, exuperante quadam naturæ ubertate, in eiusmodi quædā orationis uitiâ incidūt, quæ & olim sunt animaduersa, & hodie eloquentiæ studio diligenter erunt cauenda. Nam & Ciceronis eloquentiæ parentis existimatio-

ni atq; gloriæ inimica laudis obrectatione illufum  
 fuisse satis constat: dum Caluo scriptis in eam sen-  
 tentiam epistolis solutus & eneruis: Bruto etiã fra-  
 ctus atque elumbis, ac plerisque alijs eiusdem se-  
 culi oratoribus, inter quos inuidia ppter studij æ-  
 mulationē facile serpsit, inflatus, tumidus, audax  
 & supra modum exultans uideretur. Et ipse quoq;  
 eosdem tanq̄ exanguēs, tritos, otiosos, & disuictos  
 reprobendit. Nec quisquam uel patrum memoria,  
 uel etate nostra multum ab illa ueteri degeneran-  
 te ita ab omni laude felicissimus repertus adhuc  
 fuit, omne ut punctum sine ulla reprehensione tu-  
 lerit. **INDIXIT** hanc legem rebus omnibus na-  
 tura, ut quæ plurimum præsidij, honoris, ac gloriæ  
 in communem utilitatem hominibus adferrent, ali-  
 qua tamen in parte uel offenderent, uel displice-  
 rent. sic ipsa rerum elementa, quibus spiritum du-  
 cimus, sua laborant cōtagione: sic Rhetorice magnā  
 bene constitutis ciuitatibus calamitatem, Philoso-  
 phia nouas ac insanas superstitiones, Medicina per-  
 niciosum ueneni usum hominibus attulisse cōmemo-  
 ratur: sic multæ urbes populiq; regna militari dis-  
 ciplina euersa dicuntur: sic magnis & egregijs uo-  
 luptatibus suum adest fastidium: ut iam nemo, nisi  
 humanitatis expers, mirari magnopere debeat, in  
 magnis quoque auctoribus quædam esse uitiosa:  
 quæ tanq̄ sobrius agricola rubos aruis excindit, ne  
 eorum luxuria sata strangulentur, sic huius orato-  
 riæ laudis cupidus, obseruare diligenter debet, ne  
 mala potius, q̄ bona, ueluti cutem, non sanguinem

inspectas, imitari uoluisse uideatur: ne uel ea depre-  
 hensa reliquam omnem orationis gratiam corrumpant.  
 Sunt enim proxima ut uirtutibus, sic illustri  
 oratione uitia quædam, à præclaris ingenijs nõ sa-  
 tis fortasse animaduersa, sed magnis tamen cōpen-  
 sata uirtutibus. Deridet Cicero Eusum quendam, qui  
 cum C. Fibræ elocutionem & in dicēdo neruos af-  
 sequi non posset, oris eius deformitatem & uerbo-  
 rum latitudinē imitatus est. **Ante omnia igitur hæc**  
 duo i tota oratiōe summo animi iudicio uitabimus,  
 ne imitationis errore decepti, desita, antiquata, ob-  
 scœna, sordida, humilia & ab usu remota in exēplū  
 nobis sumamus: ne uel temere & audacter noua uo-  
 cabula fingamus. **NIHIL ENIM TAM NA-  
 TVRALE EST,** quàm sermo Latinus, purus,  
 ornatus, nitidus, omni etati accommodatus: nec à  
 uulgari orationis genere, nec à communi loquendi  
 consuetudine in eiusmodi lenocinia & ueluti uoca-  
 bulorū aucupia deductus, ad quē intelligēdū opus  
 sit uel ingenio, uel interprete Carmenta Euandri  
 matre. **Nec minori cura rerum uocabulorūq; tur-  
 pitude atque deformitas ciuili in oratione, quàm**  
 morbus in bona corporis ualitudine effugiēda erit.  
 Contaminari enim & quadā ueluti contagione cō-  
 spurcari orationis uenustatem Cicero existimat, si  
 quis Africani morte Remp. castratam, stercus cu-  
 riæ Glauciam esse dicat: tantāq; naturæ cum ra-  
 tionem, tum uerecundiam inesse, pleræq; ut res ac  
 corporis partes proprijs à nobis uocabulis, ne uel  
 rerum petulātia, uel orationis obscœnitas, moribus

Vitia virtu-  
 tibus pro-  
 xima.

Effugiēda in  
 ciuili ora-  
 tione uoca-  
 bulorū de-  
 formitas.



bonis humanoque pudori noceat, non sint appellandi. Ac mihi quidem in summos homines et summis ingenij præditos intuenti, liberalis ille et ingenuus pudor, morumque innocentia longe à furiosi sæculi nostri scurrilitate abesse uidetur: quum illi natura ueterisque disciplinæ uerecundiam secuti, nihil quod obscænum esset, aut facerent, aut dicerent. Hinc enim illa sunt liberis operam dare, liberius salutare, de Clodiæ et Cælij turpi consuetudine: per impluuium fucum factum mulieri, et alia permulta magno cum decore, et in rebus parum honestis uerecunde dicta. ARGVIT ENIM ET PRODIT VITAE TURPITVDINEM OBSCœNA ORATIO, in qua tanquam speculo humanæ mentis relucet imago: ut qui turpiter, obscœne, flagitiose dicant, eorum etiam uitam in fœdissimis stupris, in priuatarum rerum dedecore, in publica infamia exprimi credas. Non igitur utendum erit uerbis obscœnis, aut quæ consuetudine iam nostra exciderunt: nisi quando ornandi causa apte et parce id faciamus. Quod facile, qui optimum quæque sibi imitandum proponit, adsequetur. Nam uerborum obsoleta uetustas, inopia, siccitas, ex humilium auctorum cum lectione, tum imitatione contrahitur. Quæ autem uocabula sordida, inusitata, prisca, obsoleta, peregrina sint et obscœna, optime tradit D. Erasmi hanc rationem multa in libris de uerborum ac rerum copia scribens. Sunt autem quædam uel humilia, uel noua, non tam fugienda, quam minus crebro usurpanda: cuiusmodi sunt püssimus, mulie-

rosus, mulierositas, beatitudo, beatitas, perspicuitas, qua tamen Cicero in officijs utitur, medietates, indolentia, existere pro oriri, Charybdis bonorum, pro uoragine: et ite illud in officijs, ne adulari nos sinamus, pro assentationibus nos in fraudem falsamque opinionem deduci: et punitus est, in actiua significatione, pro Milone: dominatus, pro tyrânide: et id genus alia, quæ diligens lector obseruabit. Mollitur enim et ueluti excusantur à Cicerone præposito sæpe uerbo, ut sic dica, ut hoc utar uocabulo. Quæ autem in orationis splendore ac perspicuitate sint fugienda, in Rhetoricis institutionibus, cum tropos ac figuras explicaremus, pluribus ostendimus. Nouum certe et insolens uocabulum non aliter C. Cæsar libro de Analogia, atque in cursu scopulum fugiendum censet, etiam si Cicero nouis rebus noua imponenda esse uocabula, usumque mollienda, quæ primum dura uideantur, scriptum reliquerit. Quæ fictio nouorum uocabulorum, quam magnis ille uirtutibus consequeretur, à quo eloquentia et nata, et angustis extracta finibus in uitam possessionem collocata fuit, uereor ne nobis hodie sit non concessa. Quo maiorem delectum adhiberi uelim, ut quæ nobis permissa sint, quæ orationis infucata uitia lateant, non animi solum, sed et aurium quoque iudicio cognoscamus. efficit enim hæc obseruatio, ut cum purissima, tum etiam prudentissima nostra de rebus omnibus sit oratio.

# In orationis imi

tatione opus esse optimarū elo-  
cutionum apparatusu.



ABIVS QVINTILIANVS

ca. 1. lib. 10. recte præcipit, in parā-  
da extemporali benedicendi facultā-  
te opes quasdam, & optimarū cum  
elocutionū, tum rerum apparatusū esse  
colligendum. Fertur enim sine impetu & conatu  
inanis illa uerborum profluentia, omnis & gratiæ  
& admirationis inops, nisi florentissimarum elo-  
cutionum copia, ceu diuite quodam pænu instru-  
ctū, affluentī exornationum ubertate redūdet. Pa-  
randa igitur sobriè, prudenter, & magno animi cū  
iudicio certa quædā eloquendi ratio, cuius magnus  
& admirabilis est artifex M. T. Cicero. Si tamen  
uia quædam ad parandam elocutionem munienda  
fuerat, & ueluti exemplo excitanda iuuentus, pote-  
rit noster hic conatus non omnino inutilis uideri,  
quem nuper cum optimorum hominum uoluntatē,  
tum uerò naturæ nostræ facilitatem secuti, non ob  
id nobis assumpsimus, ut formularū diuersitate ac  
copia puerorum ingenia defatigaremus (cum præ-  
sertim eloquentiæ studiosa iuuentus Ciceronē uni-  
uersum decoctum atq; animo ptractatū habere de-

Parāda op-  
timarū e-  
locutionum  
certa quæ-  
dā ratio.

beat) sed quò pauca quædā copiæ explicandæ pro-  
poneremus exēpla, quibus pueri ad legenda M. Tu.  
scripta instructiores diligētiōresque redderentur. Et  
quia Rhetores caussarum genera, ad quæ cūcta re-  
feruntur, tria faciunt, sequemur eundem in expli-  
candis elocutionis formulis ordinem, contenti com-  
parandæ elocutionis rationē quādam indicasse.



## De genere de- monstratiuo.



AMPLISSIMVS EST VSVS,

& necessaria cum in omni scripti ge-  
nere, tu uerò civilibus in caussis gene-  
ris demonstratiui cognitio, propterea  
quòd reliqua caussarum genera im-  
primis ornat atque auget. Cōplectitur enim omnes  
figuras orationisq; elegantiam, & ipsas nudas re-  
ru formas illustri quodā splēdore induit. In episto-  
lis non perinde frequēter, atque in publicis cōcioni-  
bus solū per se explicatur. Quoties tamen principū  
uirorum, & quorū excellens quædā auctoritas est,  
gratiā, amicitia, atq; beneuolētiā captare uolumus,  
p̄cipua inde argumēta uel ad cōmēdationē, uel ad

Vsus genes-  
ris demons-  
stratiui.

fauorem conciliandū ducentur. Eius ratio breuiss-  
ma erit, ut suam rebus & personis propriā ueluti  
laudē attribuamus: deinde ne affectibus perturba-  
ti, aut impudēter & cū aliqua assentationis suspi-  
cione quempiā prædicemus: postremò ut laus iusta  
uideatur, iuxta illud Flacci:

Certe quas  
dam genes-  
is demon-  
stratiui præ-  
ceptiones.

Quem cui cōmēdes, etiā atq; etiam aspice, ne mox  
Incutiant aliēna tibi peccata pudorem.

Debet autem elocutio imprimis liberalis, iucunda,  
illustris, & omni gratia atque lepore esse uestita,  
atque cum rebus, tum uerò personis accommodata.  
Eius eiusmodi quædam formulæ esse possunt.

## Vir existimatio

ne, auctoritate, & nobilitate faci-  
le princeps.

**S**PLENDOR ORDINIS, exi-  
miū patriæ decus, ornamentū iudicio-  
rum, exēplar antiquæ religionis. Vir  
præstātiſſimus omnium gentiū, omnis  
memoriæ clarissimū lumen: cuius spe-  
ctata & nobilitata uirtus, nō solum natura corro-  
borata, uerū etiam disciplina putatur. Vir illustris,  
& auctoritate ea, prudētia, honoribus, opibus, digni-  
tatis splendore, omnē ut inuidiā rerū gestarū gloria  
superasse uideatur. Vir primarius, grauis, honestus,

Vir summa  
existimatio  
ne prædit?

amans æquitatis, alienus ab omni cupiditate, pluri-  
bus maximisq; in rebus probatissimus, & omnium  
existimatiōe ornatissimus. Nulla res tanta est, cuius  
quidem efficiendæ potestas homini cōceditur, quam  
non ille & consilio regere, modestia tēperare, inte-  
gritate tueri, uirtute conficere, auctoritate cōserua-  
re possit. Magna de illius uirtute hominum opinio,  
magna liberalitatis commendatio, magna rerū ge-  
starum memoria. Illud uerò omnē humanæ laudis  
prædicatiōe exædit, q; ad eximias animi uirtutes,  
doctrinæ laudē atq; ingenij gloriā adiecit. Vir exi-  
stimatione, uirtute, nobilitate facile princeps. Ma-  
gnus in hoc homine auctoritatis splendor, multa ho-  
norū ornamenta, illustris dignitas. Nemo multis iā  
annis in florenti Republica aliqua dignitatis lau-  
de insignis fuit, cuius maiora & præclariora in  
publicā omniū utilitatē extēt officia. Nam & huius  
rebus gestis salus Republicæ, libertas ciuibus, honos  
magistratibus, laus familiæ, memoria generi propē  
intermortuo constituta est sempiterna. Sic enim ui-  
xit, ut & ciuibus perpetua quadam hostium op-  
pressionē afflictis magno adiumento in periculis, &  
solatio in laboribus, & ornamento in uictoria fuerit.  
Itaque in eo omnes boni uiri experti sunt amicis-  
simi hominis beneuolentiam, & cōstantissimū amici-  
fidem, & summā animi magnitudinē. Prætor pa-  
triæ ac Republicæ utilissimus: ita nobilis & clarus,  
ut nemo ei se neq; honore, neq; gratia, neq; auctori-  
tate, neq; fortunis denique anteferre sine ambitio-  
sa arrogantis ingenij iactatione queat. C. Rōpeius  
ē. iij.

unicum uirtutis specimen, ornamentum patriæ, lumen Reipublicæ, uirtute, gloria, rebus gestis omnium gentium, omnium seculorum, omnis memoriæ facile princeps. Vir illustri splendore & dignitate familiæ, singulari modestia, & bonitate præditus: ingenio uero, iustitia, integritate omnibus præstans, sapiens, sanctus, seuerus. Multæ in hoc principe nostro & magnæ incredibilisque sunt uirtutes maximis quasi theatris & orbi propè uniuerso propositæ: nulla tamen aut amplior, aut clarior, aut illustrior denique, eius laus dici fingique potest, quàm quæ fortuna & gloriæ suæ amplitudinem miserorum hominum necessitati atque salutis condonet. Senator ornatus, & sua excellentissima uirtute, & admirabili quadam fatorum benignitate ciuium salutis, communium fortunarum propugnationi, ac Reipublicæ dignitati natus. Brutus uindex libertatis, custos salutis communis, subsidium afflictæ Reipublicæ, conseruator patriæ. Extat imprimis uenusta illa popularis uirtutum laus Cn. Pompeij apud M. T. Ciceronem in oratione pro lege Manilia: & illustri rerum gestarum prædicatio C. Marij in oratione de prouincijs consularibus. C. Marius, inquit, diuina atque eximia uirtute magnis populi Rom. Lucilibus funeribusque subuenit, influentes in Italiam Gallorum maximas copias repressit, ad eorum urbes sedesque penetravit, hostes prælijs fregit, eosque domuit, Reipublicam metu liberauit. nulla gens est, quæ non ita subacta sit, ut uix extet: aut ita domita, ut quiescat: aut ita pacata, ut uictoria nostra im-

perioque lætetur. cæteras gentes ita contriuit, repulit, imperio parere assuefecit &c. Addat his qui uelit alias huius generis formulas.

## Iudex æquus.



**Q**UONIAM IN HOC IUDICE Iudex  
sunt, quæ aut fortuna hominibus, aut natura largitur. nullius illi inuidia fructum officij præcepit, nemo florentibus illius fortunis insidiatur, magnam & immortalem sibi laudis famam æquitate, industria, temperantia, miserorum defensione, odio improborum, studiorum magnitudine, officiorum opportunitate, incredibili in omnes humanitate, beneuolentia, fide, parauit: & proinde amplissima in orbe terrarum clarissimaque magnarum uirtutum illi constituta sunt monumenta. Iudex æquissimus, in rebus humanis misericors, in iudicando seuerus, in testimonio religiosus, in consolando comis, in deterrendo uehemens. C. Aquilij iudicis laus talis est apud Marcum Tullium in oratione pro A. Cecinna. Iuris, inquit, ciuilibus rationem nunquam ab æquitate seiunxit, qui tot annos ingenium, laborem, fidem suam populo Romano promptam expeditamque præbuerit: qui ita iustus & bonus uir est, ut natura, non disciplina consultus esse uideatur: ita peritus ac prudens, ut ex iure ciuili non scientia so-

e. iij.



lum quædam, uerumetiam bonitas nata uideatur. Cuius tantum est ingenium, ita prompta fides, ut quicquid inde haurias, purum liquidumque te haurire sentias. Passim se offerunt exempla.

## Eruditus.

Eruditus.

**E** O HIC VIR ANIMI ROBORE EST, EA UIRTUTIS INDOLE AC CONTINENTIA, UT OMNES UOLUPTATES RESPUAT, OMNEM UITAÆ CURSUM IN LABORE CORPORIS, IN ANIMI INDUSTRIA, IN COMMENTATIONE INGENII CONFICIAT. Non labor huic à magnis studijs, non communium temporum casus infestus ab animi magnitudine, non graues Reipublicæ tempestates à cursu gloriæ auocant: non quies, non remissio, non ludi denique illum delectant: postremo nihil in uita expetendum putauit, nisi quod esset cum laude atque honore, & cum dignitate coniunctum: bene ac præclarè liberalibus artibus instructus ad capeffendam Rēpublicam, ad honorem, ad gloriam, ad dignitatem. Incredibilis huic uiro impetus animi ad optimarum rerum studia amplectēda, uehemens uincendi cupiditas, oratio elegans, erudita, laudabilis, & nisi meum me iudicium propter beneuolentiam fallit, omnibus bonis artibus liberaliter instituta, & cura atque uigilijs elaborata. Itaque incredibile quiddam consecutus mihi uide-

tur, qui tanta felicitate omnes ingenuas artes didicerit, omnes animo uirtutes comprehendat. Magna in hoc uiro & mirifica laudis excellentia est, insigne probitas, summa prudentia, eloquentia admirabilis: in qua tamen præcipue præclara ingenij iudicijque uis apparet. Tanta autem omnium malorum cupiditatum contemptione est, tanta in rebus agendis celeritate, tanta industria, tanta etiam studij uehementia, ut summa in eo laborantium literarū spes præfidiūque posita esse uideatur. Vir excellenti ingenij magnitudine, præclara eruditione atque doctrina, & propter egregias atque excelsas animi uirtutes cum deorum immortalium laude coniungendus. Vir ingenio diuino, admirabili doctrina, singulari prudentia præditus, omni iure necessitudinis cum Reipublica coniunctissimus, ac reliquos facile omnes scriptionis elegantia, candore styli, fideli ac sobria philosophiæ cognitione excellens. Homo disertissimus, & omni doctrina ac uirtute ornatissimus, præclaris suis factis & prudentia admirabili afflictam patriæ salutem ac penè perditam senescētēque laudem literarum monumentis nuper illustrauit. Magno uir consilio, singulari eruditione, insigni animi probitate, ceteris uirtutibus honoris, ingenij, rerum gestarum ornamentis splendidissimus: multarūque rerum usu exercitatissimus. Tanta porò uirtute atque integritate, ut solus his perditissimis temporibus frugi homo dici possit. Magna huius laudabilis uitaë, elegans eruditio, & in omnibus disciplinis mira præ-

stantia uenerationem meretur. Homo ingeniosus, intelligens, & apud omnes, propter uirtutem, splendidus & gratiofus. Præstabilis in hoc homine scientia: nullus in orbe terrarum locus est, in quo non plurima extent huius cum prudentiæ, tum consilij impressa uestigia: nullum seculum de summis & maximis eius laudibus conticescet. Magna uir & admirabili ingenij prudentia atque celeritate, summa antiquitatis memoria, & solida cumulatæque multarum rerum omniumque ingeniarum artium cognitione.

## Humanus, moderatus, clemens.

**A**D MIRABILIS EST IN hoc homine ac penè incredibilis, summa cum morum animique sèueritate, naturæ benignitas æquabilitasq; coniuuncta. Vir tanta temperantia, tanta mansuetudine, tanta humanitate, ut ij beatissimi esse uideantur, quibus illius consuetudine, gratia atque benignitate perfui licet. Homo commodus, comes, benignus, moderatus, ad omnem humanitatis ratione factus. Quid dicam de illius in omni negotio constantia, de uitæ dignitate, liberalitate ingenij, moderatione in rebus priuatis, splendore in publicis? quæ ita sunt à fortuna deformatæ, ut ta-

HUMANUS.

men à natura inchoata cõpareant. Multæ & magnæ in hoc uirò sunt uirtutes, sed tamè eximia eius iustitia, inaadita animi lenitas quotidie magis ac magis efflorescit. sic enim moderatus est, ad omnemque humanitatis gratiam factus, nullæ ut cupiditates ab innocentia atque integritate abducere illum queant. Homo in laude uersatus ac gloria circumfluens: ea naturæ præstatiã, ut sine omni doctrina temperans sit ac moderatus: sic factus ad omnem animi moderationem, ad uitæ innocentiam, nullà ut forma cuiusquam, nulla uoluptatum cupiditas, nullum pecuniæ studium ab summa innocentia integritatèque eum deduxerit. nulla tamen de pluribus eius uirtutibus uel gratior, uel admirabilior est ipsa placabilitate atque clemètia. Hunc autem uirum quibus studijs prosequemur? qua beneuolentia complectemur? cuius tanta in animi magnitudine lenitas est, ut nihil illo modestius clementiùsque fingi queat. Hanc animi illius uirtutem atque magnitudinem, quis admirari satis potest? aut oratione non dicam enumerare, sed consequi? quòd cum ille cæteris omnibus omni honore egregiè antecellat, amplioem tamen alijs, quàm ipse consecutus sit, tribuat honorem: & quos honoris amplitudine superat, eosdem sibi humanitatis deuinciat gratia atque commèdatione. Honestus uir & summo splendore præditus, cuius laus sapientiæ summæque temperantia in publicis priuatisque rebus semper extitit.

# Ingenuus & liber alis adolescens.



**I**CTISSIMVS ATQVE OR  
natissimus adolescens, ingenuarum ar  
tium, iuris atque officij peritissimus,  
domi suæ imprimis nobilis, & illustri  
apud omnes gratia. Iuuenis admira  
bili fatorum benignitate ad gloriam atque dignita  
tem natus. Nemo hoc adolescente nobilitate, nemo  
multarum rerum peritia, nemo optimarum artium  
studio, nemo uitæ innocentia, nemo ullo laudis gene  
re illo præstantior. Hunc natura ad omnem laudis  
atq; nominis nobilitatem magnum atque exæsum  
produxit, uoluntas exercuit, fortuna seruauit. Ve  
hemens in hoc iuvene ardor mentis, ardens uincen  
di cupiditas, oratio erudita ac liberalis, & mira  
quædam scriptionis elegantia. Contentionis ma  
gnitudo, studium gloriæ, præstans animus, alta na  
turæ uis, excellens nobilitas hunc iuuenem ornatif  
simum ad supremum hunc honoris gradum euexe  
runt. Summa in hoc iuvene spes, summa nascentis  
eruditionis expectatio, summa ingenij indoles, sum  
mâque uirtus. Præclara in hoc iuvene ingenij iudi  
cijq; uis apparet. Ea enim animi est industria, ut  
non solum communiū literarum, sed & Reipublicæ  
in eo spes magna posita uideatur.

Ingenuus  
adolescens.

# Frugi paterfamili as.



**L**ABORIOSVS, INDVSTRI  
us, diligens, gnauus, experientissimus  
arator. Homo antiqua uitæ religione  
præditus, & longo multarum rerum  
usu exercitatissimus: tanta uirtute &  
integritate, nemo ut illo frugalior esse possit. Ma  
gnus huius labor in negotijs, fortitudo in periculis,  
fides in amicitia, industria in agendo, celeritas in cõ  
ficiendo. Non illum auaritia ad rapinas, non libi  
do ad uoluptatē, non amœnitas ad delectationē, nō  
labor ad quietē, nō corporis infirmitas ad rei do  
mesticæ neglectiōē impulit, sed ppetuo naturæ sta  
tu ad omnem honestatis laudē cõtendit. Eo animi  
robore, ea excellentis uirtutis indole ac uitæ conti  
nentia est, ut omnē uitæ cursum in labore corporis  
conficiat. Vir antiqua fide & insigni animi pro  
bitate, exemplum religionis, documentū cæteris ho  
minibus uirtutis, probitatis, prudentiæ.

Bonus agri  
cola.

# Fœmina.



**I**N LAVDATIONE FOEMI  
næ uidendum quæ huic sexui laus cõ  
ueniat: nam ea ornatissima elegantissi  
mâque est oratio, quæ rebus ac perso

Mulier.

nis est accommodata. Laudatur autem præcipuè in  
fœmina pudicitia, fides, continentia, ueneratio erga  
deos, parentes ac uirum, moriū facilitas, prudētia in  
rebus agēdis, industria in reb<sup>9</sup> domesticis uel augē-  
dis, uel retinēdis, pudor deniq; ac modestia in hac ci-  
uili uitæ societate. Præstātissima fœmina, præcla-  
ra indole, eximia animi pietate, uirtute, gratia, cōstā-  
tia admirabili. Honestissima matrona, & omnibus  
præclaris animi dotibus, omni uirtutis genere ac ui-  
tæ dignitate præstans. Admirabilis in huius pu-  
elle natura elucet uirtutis idoles, multa probitatis  
ac modestiæ signa ubiq; apparent. Mulier præter  
ætatem prudēs, & spectatissimæ probitatis: ea de-  
niq; naturæ cum moderatione, tum bonitate, ut ad-  
mirabiles amores excitet.

## Locus.

Locorum  
laus unde  
petatur.

**L**OCORVM LAUS A FER-  
tilitate fructuum & pastionis magni-  
tudine, & huiusmodi ferè ducitur:  
quasi dicas, Asia opima regio est, &  
fertilis ubertate agrorum, uarietate fructuum, ma-  
gnitudine pastionis. Lutetia urbs omnium genti-  
um orbisque terrarum celebrissima, copiosa, erudi-  
tissimis hominibus, liberalissimisque studijs afflu-  
ens. Crescit enim præcipuè locorum laus ex cir-  
cūstantijs: quas qui animo cogitationēque tenet,  
non admodum in locorum descriptione laborabit.

Extat autem apud Mar. Tul. Ciceronem insignis  
laus siciliæ, Tusculorum ac Laurentis apud Pliniū.  
non sunt obscura exempla.

Formulæ vitupe-  
rationis.

**I**N VITUPERATIONE A-  
liene uitæ atq; turpitudinis non erit  
committendum, ut in deformādīs alijs  
ullam animi nostri ex inuidia & o-  
dio ægotātis suspiciōne moueamus:  
aut naturæ nostræ moderationem ac pudorem ad  
aliorum probra abijciamus. Nam & illiberalis est  
omnis illa, qua tamen hodie erudita aliquot ingenia  
laborant, laudis ambitio, quæ ex alienæ uirtutis op-  
pressionē atque calamitate est parta. Nec ferè  
quisquam siue animi dolore, siue iactandi ingenij  
studio elatus, sic alium reprehendit ac uituperat, ut  
non plurima de se inuidiæ ac maleuolentiæ argu-  
menta & quandam ueluti concitatæ naturæ im-  
portunitatem declaret. Obruitur enim animus ua-  
rijs permotionibus: & dum se totū ad alterius tur-  
pitudinem oratione explicandam conuertit, ægrè  
admodum intra pudoris ac modestiæ fines contine-  
tur. Neque mihi ualde probantur, qui primam do-  
ctrinæ suæ famā scriptionisq; cōmēdationē ex alio-  
rū insectatione atq; calūnijs ambitiose aucupātur:  
propterea quod furoris cuiusdam ac insanie uide-

Que vitæ  
de in vitu-  
peratione.



ri possit, quum tanta optimarum rerum sint studia, ex quibus solida ingenij gloria cum perpetua uitae dignitate parari queat, uelle eloquentiam tot laboribus et ingenti animorum contentione partam, ad unius hominis contumeliam referre. Quoties tamen usuenerit, ut cogamur uel priuata iniuria laesi, uel communi uirtutis uoluntate commoti in eius reprehensione uerborum iactationem exercere, qui sic uiuit, nullum ut sceleris, audaciae atque improbitatis indicium in perditissimo homine esse possit, quam non in eius respiciatur uita: aut hoc sibi assumit, ut bonos uiros propter uirtutis inuidiam iucundissimamque ingenij laudem contumelios operiat: poterit haec quoque officij ratio nobis constare, dum tamen meminerimus, omnem aduersionem castigationemque grauiore contumelia carere debere: ne si inuerecundius aliorum mores diuexemus, aut nostra ipsi dignitate ludibrio obtulisse, aut cupidum et obscuris suspicionibus famam aliorum laesisse uideamur. Sumitur autem omnis uituperatio ab animi et corporis uitij, rebusque turpiter gestis, cuius pulcherrimum est Cicero. exemplum in Catil. et L. Pisonem.

## Homo audax, nefarius atque flagitiosus.

Homo nefarius.



TANTA HIC CRUELITATE fertur, ea hominis amentia est, ut nemo sanum: ea stultitia, ut nemo hominem: ea impietas, ut nemo patrem: ea denique

omnium rerum infinita et intoleranda licentia, ut nemo ciuilem uirum appellare possit. Promptus ad uim, paratus ad seditionem, audax ad omne facinus: uultus eius plenus furoris, mens scelere obstricta, lingua maledictis impedita, oculi feritatis, sermo atrocitatis plenus. Homo audacia furens, bonorum omnium odio flagrans, scelus atque perniciem anhelans, pestem atque caedem principibus ciuitatis uiris molitur. sic enim prodigioso se furore, sic effrenata audacia iactat, sic unumquemque oculis ad caedem atque calamitatem designat, ut prorsus uiuere uideatur non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Nemo sceleratus, nemo natura ferox, audax, temerarius, amens, uecors, aere alieno oppressus his aliquot annis inuentus est, qui non in huius familiaritatem plenam furoris, impietatis, facinoris adsciscatur. Hic fortunarum expilatione, ciuium uexatione, omnium squalore et lachrymis iura ac libertatem publicam tyrannide oppressit: omnia in hoc portento cum summa turpitudine, tum singulari stultitia sunt oblita. quid enim aliud hic fraudator est, nisi immensa aliqua uorago, gurgis uitiorum, turpitudinumque omnium? Hic omnibus in rapinis, hic in stupris, hic in Reipublicae perturbationibus, hic in ciuium oppressionibus semper princeps est habitus, contaminatus ac perditus tranquillitatis publicae perturbator: qui in hac humanae uitae societate non modo animum integrum, sed ne animam quidem puram potest conseruare. Ita enim serpit illud in natura insitum malum, finem ut stat.

tuere erumpentibus flagitijs nō possit. Homo immani acerbāque natura, furore atque amētia incensus. Illa uerō huius importunæ beluæ singularis atq; incredibilis uis, quæ ex malis perditissimorum hominum uitijs collecta in omnium iam fortunas, sanguinem atque cædem conualescit. Homo natura truculentus, concitatus, terribilis, deterrimūsq; debacchator. Impurus, impotens, contumeliosus, semper ed contendens, quō furor rapit.

## Perfidiosus præuaricator.

Perfidiosus  
tor.

**IN**IQVISSIMVS IVDEX, & diu multūmq; in spoliationibus, pactionibus, cōiurationibus, iuris ac fortunarū inūdinationibus uersatus. Huius iudicis perditissimi, & omnium legū atq; iuris euerforis cura, studiū, cogitatio, ars oīs est, oīm inimicos diligenter obseruare: ex utraq; parte causas uolūtatesq; pspicere: alijs metū, alijs spē adferre, oīa fraude & dolo malo agere. Perfidiosus præuaricator oīa libidinoſe, crudeliter, nefariē agit: p̄do iuris urbani, labes ac p̄nices utilitatis cōis, hostis oīs æquitatis. Huius inaudita p̄fidia, auaritia infinita, singulari uero ip̄obitate iudiciorū integritas opp̄ssa uidetur atq; tota ciuitate eiecta. nullū enim innocētia aduersus huius impietatem atq; scelus ſa

tis fuit defensa: omnia iuris uincula huius dissoluta improbitate rupta atq; conuulsa uidentur.

## Luxuriosus ganeo omnilibidine affluens.



**L**VXURIOSVS, PETVLANS, proteruus, ebrī⁹ ganeo: & qui ed semper trahitur, quō libido rapit, quō furor, quō uinolētia. Nulla libido ab huius corpore, nulla uis à manibus, nullum flagitiū à turpissimis sceleratissimisque eius factis absuit unq̄. Homo plenus stupri, sceleris, flagitijs, ed impudētiæ p̄gressus, ut eū in summa neq̄tia nō solū libido, ueruetiā ipsius neq̄tiæ fama ciuūq; indignissima q̄rela oblectet: uideaturq; in eiusmodi luxuria ad aliorū flagitiosissimas libidines, singularēq; petulantiā natus esse. Ut cæteris ī officijs pudoris, fidei, integritatis nihil hoīs habet hic scōrtator, sic ī solis uoluptatib⁹ oēs Epicureos sensus acrimonia uicit: neq; quisq; tā domini sui est seruus, q̄ hic libidini: neq; tā fugitiuus à domino, q̄ ille à iure ac legibus: neq; tā abhorrens à morte, q̄ ille à uitæ honestate. Hō sumptuosus, uoluptuarius, ad oīm libidinem sensus suos atq; mētē uersans. Hic belluo à pueritia cōtaminatus nō solū intēperātia, sed etiā cōsuetudine in puerſa ac p̄fusa libidine est uersatus. Luxuriosus scurra in lustris & belluationibus educt⁹ primū ætatis tēpus ad oīm libidines diuulgauit: &

f.ij.

reliquū uitæ cursum fædo lenocinio sustētauit. Hō  
ois turpitudinis exēplū, dedecus adolēscētiae, pbrū  
iuuētutis, ludibriū senectutis, plenus stupri, plenus  
cōtētionis, plenus inconsideratissimæ temeritatis.  
Mulieris hui⁹ nefaria libido nō solū dedecore, uerū  
etiam scelere est coniuēta: flagrat cupiditate, ac in-  
flāmata libidine sic fertur, ut eā nec pudor ab infā-  
mia, nec pudicitia à stupri fæditate, nec pietas ab i-  
cēstu, nec generis ac familiæ macula à libidinū tur-  
pitudine auocare queat. Omnia enim pudoris na-  
turæq; ornamenta furore ac cupiditate perfregit.  
Vicit, ut ait Cicero, pudorem libido, timorem au-  
dacia, rationem amentia. Mulier perdita nequi-  
tia, effusa libidine, insatiabili cupiditate, arte qua-  
dam ad uoluptates adolescentulorum excitandas  
accommodata.

## Impurus leno.

LENO.

**S**EFFVSE PETVLANS LENO,  
cænum hominis, bustum Reipublicæ, ue-  
cors & amēs debacchator, pecus & pu-  
trida caro, truncus atque stipes, rapax  
furunculus, insidiator pudicitiae atque innocentiae  
omnium, & tanquā serpens è latibulis tumidis cer-  
uicibus in aliorum perniciē repens, semper poscens,  
semper rapiens. Prægustator libidinum & impu-  
rissimus leno uniuersæ iuuetuti, quam corruptelariū  
illecebris deinctam sibi habet, ad libidinem, ad stu-

pra, ad incestum, ad adulteria, uirginūque raptus  
facem præfert. Hic optimorum hominum mentes  
atque sensus nefarijs conatibus uulnerat, iuuetutis  
innocentiam scelere inquinat, matronarum uiduita-  
tem stupri ludibrio prostituit, uirginum pudicitiam  
largitionibus tentat, promissis allicit, ui expugnat.

## Omni turpitu- dinis infamia fractus.



**H**UMANISSIMVM AC FOE  
dissimum hoc mōstrum, abiectum & Infamia.  
semiuiuum in omnia se flagitia ingur-  
gitauit, omnes fæditissimæ turpitudi-  
nis notas subiit, impeditum scelerum  
conscientia, oppressum bonorum omnium odio, in si-  
gnitum iusti senatus nota turpissima, amissione di-  
gnitatis afflictum. Homo inops ab omni existima-  
tione amicorumq; commendatione, in omni dedeco-  
re uolutatus. Nulla turpitudinis est nota, quæ nō  
huius pecudis inusta sit uitæ: nullum animi uitiū,  
quo non mens eius oppressa sit: nullum flagitiū de-  
decus, quod non infamiae hæreat. Scurra infamia  
fractus, furore atq; amentia inflammatus, omnium  
denique scelerum improbissimus machinator, impi-  
us maleficio, coopertus flagitijs, cæde ac ciuili san-  
guine pastus, omnium denique sententijs dānatus.  
Publicus hic fraudator atq; insiciator propter ci-  
f. iij.

animum uexationem turpissimis iudicijs cōuictus oim odio pteritur atq; cōculatur. Homo literis publicis notatus, fortuna egens, uita turpis, existimatione dānatus. Homo amēs atq; pditus, ad oēm nequitia, scelus atq; facinus proiectus, nefarijs criminibus cooptus, magnā sibi ex omni scelerū uitiorumq; audacia turpitudine atq; infamia contraxit: multa in deos hominēsq; impie cōmisit, quorū nunc iusta ultione à mente cōsiliōq; deducitur, atq; ad supplicium rapitur. Dānatus reus, hostis patriæ, euerfor legū, expugnator pudicitie flagitiosissimus, nepos desperatus, legum metu conscientiaque peccati exanimatus spiritum tranquillum ducere nequit. Quæcūque in homine infami, perditō ac damnato uitia reprehendi publicisq; legibus damnari possunt, ea in hoc uniuersa redundāt: nullum unquā à pueritia honorem, nulla uirtutis studia, nullum bonæ existimationis fructum cogitauit: itaq; ex honorū decore, fraudatore publico, omniū ciuiū factus est hostis: nulla tamen in signior fœdiōrque infamie nota inuri illi potuit, q̄ quod in hac scelerum importunitate nemo illum aditu, nemo congressione, nemo officio dignum iudicat: omnes illum tanquā nequam, turpem, improbum, multis flagitijs contaminatum fugiunt. Homo improbus ex omnium scelerū colluione natus, tetra immanisq; belua, omni inaudita libidine infamis. Homo pœnarum metu perterritus, infamia perditus, eo furore, quo imbutus interitum omnibus minatur, ut nec ruere demens, nec furere desinat.

# Ignobilis, in-

## eptus ac perditus.



**N**IL IN HOC ABIECTIS

simo pecore uirtutis, nihil animi, nihil neruorum: & in tā uasto corpore tāta iudicij est inopia ac ratiōis egestas, ut ne mica quidem salis inesse uideatur.

Homo perditus.

Nulla huius in cōsilijs prudētia, nulla in amicitia fides, nulla in rebus publicis dignitas, sed oīa stupore animi atq; anētia sunt cōtaminata. Hō sine sensu, sine sapore, elinguis, tardus, piger, inhumanus, neglectus, & prorsus Cappadox q̄dā de grege uenaliū abreptus: cuius mēs scelerū cōsciētia obstricta, animus angustus, humilis, prauus, oppletus tenebris ac libidini forāib⁹ uirtutis splēdore intueri nō potest. Nō recipit hui⁹ leuitas ullā uitæ dignitatē, nō animi egestas ullā reēti facti gloriā, non uitæ pbitatē ingenij infirmitas, nō ullum liberū uitæ spiritū tot flagitijs oppressa mens eius ducere potest: nota omnibus luculenta illius uitia, cognita ingenij tarditas, detectæ libidinum cupiditates, animaduēsus stupor, debilitasque linguæ. Non est sperandū, ut hunc perditissimum hominem ab omni non modo simulatione uirtutis, uerumetiam spe innocentie relictū ulla uel uirtus ad uitæ frugē reuocare, aut pœnæ formidō eius flagitia corrigere, aut optimorū hoīm auctoritas effusam illius petulantiam constringere possit.

f.iiij.



Natura hunc hominem cum ad optimarum rerum omnium ignorationem, tum uero ad insignem & furiosam amentiam abiecit, uoluntas pellexit, usus exercuit. Ex argilla & luto fictus homulus.

## Maledicus, laudis alienae obrectator.

obrectator.



**H**OMO PVSILLVS, MALEDICUS, laudis alienae obrectator, & ipsa illa maleuolentia, qua praecipue laborat, ieiunus atque inanis. Omnia hic naturae atque industriae instrumenta ad communem ciuium optimorumque hominum infamiam atque perniciem conuertit, totus ex friuola, arroganti, & inani maledicentia concretus. Obrectator studij, laudis, gloriae alienae omnibus sua inuidet gloriae, omnibus bonis non magis maleuolentia, quam uirtutis desperatione debilitatus calumnias imponit.

Omnis huius labor, omnis cogitatio, omnes sensus in obrectatione famae alienae dignitatisque oppressionem sunt conuersi. Fert hoc improbissimorum hominum natura longe ab illo prioris saeculi cadore dissentiens, ut uiris bonis ac florētibus ingenij, propter laudis magnitudinem atque splendorem, facilius incubat inuidia.

Impudens ac inuerecundus hic debacchator non iudicio, sed morbo animi & quadam impotentia omnium lacertat dignitate. Infamis hic scurra & omnium bonorum

consuetudine indignissimus, ut ipse ab omni uita atque honoris existimatione alienus semper fuit, sic praecipiti furore & quadam naturae importunitate in optimi cuiusque existimationem inuehitur. Indicabimus infra aliquot calumniandi elocutiones.

## Arrogans & superbus.



**H**OMO arrogans, incredibili superbia, prodigiosa sui ignoratione, intolerabili contumelia laborans, & omni insolentia affluens. Superbus homo, omnibus bonis inimicissimus, crudelis, contumax, perfidiosus. Homo plenus fastus, superbiae ac contumeliae, & eodignationis atque insolentiae progressus, nullius ut uirtutem, nullius ut laudis atque doctrinae famam ferre possit, omnia praesuo fastu contemnens, repudiens, damnans. Admirabilis est & prodigiosa in hoc portento cum omnium pulcherrimarum rerum contemptio, tum uero intolerabilis ingenij superbissimi iactatio. Omnia in hoc homine insunt, quae ad probrum, ad insolentiam, ad superbiam pertinent. Magna est cognatio & similitudo hominis arrogantis cum laudis alienae detrectatore, qualem iam descripsimus.

LICEBIT AD HUNC MODUM similes uel laudandi uel uituperandi elocutiones, &

quendam optimarum figurarum apparatus ex diligenti M.T. Ciceronis lectione colligere. nō enim nobis hic uisum fuit per omnia elocutionis genera ire, quando nō copiosos latinæ linguæ cōmetarios scribere uoluimus, sed colligēdā elocutionis facillē quādam rationem pueris tradere.

## Agendi gratias.

**I**N GENERE DEMONSTRATIO quoque uersamur, quoties bene de nobis meritis ciuibus gratias agimus. Nullum autem, ut M.T. Cicero in libro officiorum primo scribit, officium referenda gratia magis necessariū est. Eit enim ut prima dignitatis nostræ commendatio proficiat cū à magnis & præclaris in Rēpublicam studijs, tū uerò beneuolentia in eos, quibuscum nobis officij ac uitæ constituta est necessitudo. **NEC ALIUD** tam est populare, quàm optimorum hominum gratiam summo studio, ueneratione ac beneuolētia colligere. sed ut parem in beneficiorum uicissitudine beneuolentiam referre, atque officiorum magnitudinem maiore quadā utilitate reponere nec facultatis est nostræ, nec fortunæ: ita causa nulla est, si per soluere officium nequeamus, quā obrē nō animū saltem nostrū ijs emetiamur, bene uidelicet sentiēdo & prædicando, quorum sumus beneficij obstricti memoria sempiterna. **NAM BENEVOLEN-**

Agēdā bene meritis gratia esse

**TIAM** qui agnoscit, iā retulisse uidetur: propterea quodd ueræ amicitiae non emolumentis atq; utilitatibus, sed animorū cōsensione ac uoluntate, gratiq; animi propensione retinentur atque conseruatur. Cum igitur ingenui sit animi & beneficio non indigni, beneuolētiā libēter agnoscere, cogamurq; in omni causa ac ciuilibus officijs beneficiorū memores esse, subiiciemus hic aliquot agendi gratias formulas, quas iuuentus in scribendo sequatur. Gratias tibi mirificas ago, quādo uix referre possum. sic animum tuū complectar, omnes ut me gratissimum esse intelligant. Vtinam tibi gratiam aliquando referre possim, habeo quidem semper. A me quidem gratijs agēdis prædicandāq; tua in me benignitate, quādiu hanc uitam egero, celebraberis. Atticus apud me tibi mirificas incredibilēsq; gratias egit. Facere nō pōssum, quin in singulas res meritāque tua gratias tibi agam. Bembus me tibi singularibus uerbis gratiam agere uoluit. si mihi uita contigerit, omnes in tua obseruantia gratas amicitias, studio, indulgentia, ac uoluntate colam atque uincam. Tota mihi uita eō transferenda est, ut bene de me meritis gratias agā. Omnis mea ratio, actio, cogitatio nihil erit aliud, nisi constans ac perpetua beneficij tui cōmemoratio. Omnis mihi ætas ad tua promerita prædicanda erit referenda. Nullum me puto propter tua multa & magna in me beneficia laborem in rebus tuis omnibus sine graui reprehensione fugere posse. Ego, omni labore & studio ac gratia in eam cogitationē incumbam, ut q̄ gratissi-

Agēdi gratias formulas.

mus erga te esse cognoscat. A me nullum præmittendum tempus de tuis rebus agendi atq; elaborandi. Nullū me hominis gratissimi, fidelissimi diligentissimi officium propter tuam in me pietatē prætermittere posse mihi persuadeo. Beneficij tui memoria nullo nec tempore nec die smictur. si nulum mihi in hoc ætatis meæ flexu reliquum foret officium, nisi ut gratus erga te iudicaver, tamē exigū mihi tēpus uel ad referēdā, uel ad prædicādā gratiā putarē. Spero aliquādo fore, ut tuorū beneficiorū fructus ex me uberrimos præstātissimōsque referre possis. Nulla est gratia, quæ quidem humano animo capi possit, quam non experiar uel remunerando beneficio tuo, uel illustrando. Omnem meā curam atque cogitationem in te colendo perpetuāque beneuolētia retinendo figam atque locabo. Ego propter multas rationes officij, beneuolentiæ, humanitatis erga me tuæ nullum colendi tui tempus dimittam. Enitar sedulo, ut magnas ex me & perpetuas officiorum tuorum utilitates capere possis. Declarabo quibus possum rebus tuam mihi existimationem atque dignitatem charissimam esse. Mea in te omnia necessitudinis atque obseruantię officia propter incredibilem tuā benignitatem constabunt. Re ipsa præstabo, ut gratissimo te hominī officium tribuisse intelligas. Quæcunq; ad te pertinent studiosissime omnia complectar. Tuorum erga me meritorū memoriam semper cōseruabo. De mea in te uoluntate sic uelim iudices: summo me studio, opera, consilio suscepturum fortem & constantem

dignitatis tuæ propugnationem. Ego meritorū tuorum amplitudinē mutuis officijs amplectar. Quæcunq; ad uoluntatem tuam pertinere intellexero, faciam diligenter, cum beneficio tuo, tum uero sponte mea inuitatus. Memoriam tui summa cum beneuolentia perpetuo tenebo. Ad innumerabilia tua in me merita ille maximus cumulus accessit, quod singulari me beneficio nuper auxeris. Collegit in hanc sententiam plerāsq; alias agendi gratias orationes in libro de uerborum copia primo D. ERASMUS ROTTEROD. & nos infra plerāsq; huius generis sententias indicabimus.

## De elocutionis

cum amplificatione, tum exornatione.



GENERIS DEMONSTRATIUI pars præcipua constat amplificatione: cuius formas in priore libro indicauimus, cōmunes Rhetorū scholas secuti. Pulcherrimū enim eloquentiæ est munus, posse nudas rerū formas atq; dictiones dicendo uel extollere, uel extenuare, uerborum sententiarūque figuris exornare, illuminata deniq; collocatione gratiam admirationēque excitare. Cuius quoniam pulcherrima exempla extāt apud Ci-

Amplificatio elocutionis.

ceronem & Vergilium, indicabimus eas solum elocutionis figuras, ornamenta atque assumptiones, quibus frequentius oratio illustratur, uel plenior magnificentiorque sit sententia. Nam alibi de primum amplificatione locisque communibus plura dicemus. Videmus enim hac uirtute M. Tullium consecutum esse, ut suam rebus simplicibus, nudis ac ieiunis amplitudinem attribuerit, in magnis etiam rebus sepe styli uel seueritatem, uel tenuitatem: in humilibus elationem magnitudinemque fuerit consecutus.

## Auxesis.

Auxesis.



PRIMA IGITUR AMPLIFICATIONIS forma est αὐξήσις, in rei uocabulo posita: qua utimur, quoties rem quampiam miserabilem, crudelem & atrocem facere uolumus, ueluti si eum qui laesus sit, occisum dicamus: aut pro impudico scortatorem, pro homine tenace auarum, pro hilari scurram, pro laeto luxuriosum, pro fure sacrilegum, pro homicida parricidam appellemus. Cui contraria est figura τὰ πρὸς ἄνωσις Graecis, Latinis diminutio appellata: qua eum qui uulnerauit laesisse, qui occidit uulnerasse dicimus. Vtriusque in signe exemplum expressit Cicero in oratione pro M. Caelio.

Correctio.

FINI Tima huic figura est: quae Graecis ἐπὶ ἀνὸς ἰσθμῶσις, id est correctio dicitur: cuius exemplum, quoniam supra demonstratum est, nihil attinet hic referre.

## Epitheta.



VLCHRVM IMPRIMIS orationis ornamentum epitheton, id est adiunctum siue adiectiuum, quoties rebus apte accommodatur: efficit enim ut quod nullum aut splendorem, aut gratiam, aut admirationem acerbiter inue habiturum fuerat, longe fiat atrocissimum. Nam & aliquid ἐμφορέως augenda uel minuenda inuidiae adfert, & grata quadam pulchritudine orationem ornat. sumitur autem cum a bonis animi, corporis atque fortunae, tum uero a reliquis locis: sed modus adhibendus, ut optima, & maxime significantia eligamus epitheta, quae praecipua gratia orationis dignitatem augeant atque splendorem: qualia fere sunt, Ambitiosa, fucosa, simulata amicitia. Aerumosa uita. Turpis egestas. Arrogans crudelitas. Inuidiose opes. Praeceptor & lubrica dominandi potestas. Admiranda consilij dignitas. Robusta improbitas. Immanis audacia. Violenta & furens temeritas. Furiosa uinolentia. Profligatus belluo & perditus. Vera, grauis, solida gloria. Inoffensa rerum experientia. Indefessa gnauitas. Luculenta plaga, id est, in signe uulnus. Promissum tetrū, integrū, honestum, gloriosum. spes falsa & fallax. Vita inops & uaga. Caeca & arrogans fortuna. Animus ieiunus atque angustus. Inconsulta & temeraria animi ratio. Fatalis calamitas. Memorabilis liberalitas.

Epitheta a quibus seruantur.



singularis sapientia. Ciuile & luctuosum bellū. Iucundissima ingenij laus. Afflictus, infirmus, eneruatus reus. Muta solitudo. Cæca nox. Eximia, experreta uirtus. Hostilis mens. Turpis & nocens uita. Voluntarius inimicus. Tuta, tranquilla fortuna. Perdita auctoritas. Facinorosa uita. Audax temeritas. Profusa nequitia. Præceps amentia. Fidelissima gratia. spes maxima & uerissima. Cogitatio inanis. Timidus homo & omnia pericula circumspectans. Inconsulta ratio. Lautum & copiosum matrimonium. Inusitata clementia. Disiunctissima regio. Gens immanitate barbara, furore præceps, audacia furens, crudelitate inmanis, grassandi usu impunitatēq; exercita, ciuili sanguine ac cæde pasta. Miserum, fume stūmque fatum. Consilium obscurū. Incerta & anceps fortuna belli. Impedita & oppressa scelerum conscientia mens. Profundæ libidines. Noua & inaudita luxuries. Intemperantissimæ perpotationes. Vastissimum mare. Funestum animal. Libidines tenebricosæ. Insignis turpitudinis memoria. Inestimabilis laus. Odium intestinum & infinitum. Infamis, crudelis, facinorosa, libidinosa mulier. Aspera natura. Difficilis aditus. Grauis uultus. Incredibilis, inaudita pietas. Insaturabile abdomen. Furiosissimus & egentissimus ganeo. Exultans furor. Forte consilium. Dies funestus, luctuosus. Casus horribilis, grauis, repentinus. Gloriæ cursus sempiternus. Otiosa, conferta & plena uoluptatibus uita. Animus flagitijs tectus. senex meritorum memoria. Difficilis Reip. administratio. Aspectus truculētus, terribilis,

Tetra immanisq; belua, & omni inaudita libidine infamis. Eblandita & enucleata suffragia. Inuidiosa gratia. Popularis blāditia & occurfatio. Perdifficilis & lubrica defensio. Indomiti atque effrenati furores. Odium nō obscurum, sed pertinax, insitum, inclusum hominum animis. Nefaria pactio. Effrenatus, seditiosus, demens insidiator. Importunum scelus. suspensa & felicitas ciuitas. Infractus atque inanis impetus. Furibundus magistratus. Præcipitans, ægra, labans Respubl. Demersa patria. Tenus criminum suspicio. Homo grandi macie torridus, id est, macientus. Paterna & auita possessio. Horridi & truces Tribuni plebis. Perturbata ratio. Libido effrenata. Consilium dissolutum atque perditum. Inklusum, intestinum, domesticum malum. Infinita omnium rerum & intoleranda licentia, rerum cupiditas. solum exile atque macrum. Confidens astutia. Callida audacia. Proiecta improbitas. Intermortuus pudor. Animus scelere affluens. Falsum, turbulētum, populare, seditiosum iudicium. Indomita libido. Fidelis beneuolentia. Peracre iudicium. Concio turbulenta. Humanus in defendendo, misericors in iudicando, religiosus in testimonio iudex. Immanis barbaria. Importuna natura. Furiosa amentia sceleris & audaciæ comes. simulatio repentina & capitalis. Acris & infamis cupiditas. Facetus bonoru decoctor. Flagitiosæ libidines. singularis nequitia. Gliscēs, exardens, insidiosum bellum. Perfidiosum & importunum animal. Audax, perniciosus, criminibus obrutus reus. Cōuulsa, lacerata

Respu. Hians auaritia. Passim eiusmodi adiectiua in optimorum auctorum lectione se offerunt, quæ studiosus lector ad locupletandam expoliendamq; orationis dignitatem diligenter obseruabit.

## Aduerbia.

Aduerbia.



D HVNC LOCVM REFERRI possunt aduerbia aptè & significanter uerbis suis apposita: qualia ferè sunt, iracundè & impotenter omnia facere. Impurè, impudenter, impiè, nefariè omnia agere. Vt, oratoris est boni uehementer, non iracundè agere, in consultationibus sine uerborum cõtumelia, sine acerbo animi dolore ab alijs dissentire, fortiter Rempu. ppugnare, suspiciose & timidè aliorũ corrigere mores. Mirabiliter alienæ gloriæ fauere. Cupidissimè iniurias psequi. Iniuriose tractare. Grauius & uiolèter fortunæ casum ferre. seditiose Reipubl. tranquillitatem perturbare. superbè optimorum hominum uoluntatem spernere. Diffidèter spem omnem abijcere. Ambitiose, palam atque uehementer de honore contendere. Audacter improbitatem alterius extingere atque delere. Arroganter ingenium ostentare. Castè integrèque in Reipubl. uersari. Inuerecundè atque impie iudiciorum religionem ueritatèq; perfringere. Nefarijs stupris libidinese uolutari. Ma-

gnificè splendidèque conuiuium ornare. Impudenter belluari. Cupidè in contentionem certamènque descendere. Scurriliter nominis existimationem abijcere. Turbulenter imperitæ multitudinis animos concitare. Religiose amicitiam colere. Grauius & acerbè ferre. Impunè in alterius fortunas grassari. Petulanter alterius dignitatem diuexare. Criminosè accusationem conflare. Perfidiose fidem & religionem remouere. Liberè & accusatorie dicere. Perditissimè & flagitiosissimè pudorem pudicitiaq; conspurcare. Impotenter magistratum gerere. Cupidè ad laudem accurrere. Impigrè & fortiter belli labores subire. Actionem maleficiose intendere. Iuuirosius aliquem tractare. Superbius appellare. Timidè & diffidenter criminis rationem attingere. Furiose omnia perfringere atque perstringere. Cautè pedetentimque omnia uitæ officia subire. Confidenter proiectam improbitatem exercere. Obscure insidias moliri. Vafre & malitiose alterius fortunas euertere. Ius suum dissolutè relinquere. Benignè sua studia alicui deferre. studiosè ad bonos uiros incumbere. Leuiter errantem innectere atque corrigere. Prudenter omnia, quæ humanitus euenire possint, circumspicere: nihil temere & negligenter, quod accidere possit, despicere: ferre moderatè, quæcumq; fors fortuna attulerit: non confidèter in hac humanæ sortis fragilitate propriam fortunam poscere, communem detestari: cuncta deniq; præclarè & constanter ad uitæ dignitatè referre. Non est difficile ijs similia aduerbia multa inuenire.

# Insignes aliquot metaphoræ.

Metaphoræ

**M**ETAPHORÆ MAGNÆ sēst in omni scripti genere usus: propterea quod cum ad orationis copiam, tum uerò ornatum mirificè conducit, & in tantis uocabulorum angustijs, suam rebus addit appellationē. Eius formas doctissimè adnotauit magnus ille & in omni laudabili eruditione admirabilis artifex D. Erasmus Roteroda. Nos etiam illustres aliquot metaphoras hic subiecimus, quarum exemplo ad reliquas colligendas utatur iuuentus. Vorago, scopulus, bustum Reip. serpit in urbe malum infinitū, idque manat indies latius. Iidem enim in foro bustum faciunt, qui antea in senatu sepulturam effecerāt. Tanta sum ad reditum cupiditate incensus, ut nulli mihi neq; remi, neque uenti satiffaciant. Omnes in Ciceronem redundarunt ex illo communis exitij fonte dolores. Ciuitas acerbissimo luctu redūdat. Restinguere odiū. Nouū ignē ac inuidiæ flāmā amplissimo ordini subijcere. Remedium ægrotae ac propemodū desperatae Reip. dare. Senatus inuidiam ambitus crimine inflāmare. Pecuniæ hodie iudiciorū religionē ueritatēq; perfrugerunt. Defessam & refrigeratam inuidiā noua sceleris flamma excitare. Aegram & propemodum

depositam Reip. partem suscipere. Flumen ingenij. Lumen eloquentiæ. Lux liberalitatis. Exitiū Reip. pestis ciuium. Naufragiū fortunarum cōmuniū. Fax & furia innocentissimorū hominū. Gurges uitiorū turpitudinūq; omniū. Tēpestas querelarū. Ex desperatione Reip. malis cōfecta ciuitas sanari iā nō potest. Perniciosorum ciuium fax in ones seditionis fluctus illabitur atq; adhærescit. Vnus Cicero cōmuniū tēporū flāma pro patria exarsit. Arcē facere ex cloaca, lapidēq; è sepulchro uenerari pro deo, id est, honore indignum magnificè efferre. Difficile est clauū Reip. in maximo cursu ac fluctibus tenere. Virtus in tenebris lucet, neq; ullis sordibus obsolescit semper per se splendens. Risu disrumpi. Ex campo æquitatis ab uerborum angustijs aliquem reuocare. Magnam Reipu. lucem afferre. Euellere ex hominum animis conceptā opinionē. Flagrare amentia. Inflammata libidine ferri. Triumphare gaudio. Mœrore consenscere. Assentatiōibus in alterius cōsuetudinē immergere. Tela omnia criminationis in aliquem cōiectare. Erigere animū demissum. Inijcere scrupulum. Conflare inuidiam. Infamiā atrocissimæ turpitudinis inuere. Criminationis mucronem retundere. Procellis inuidiarum iactari. Omni scelere affluere. Respirare à metu. Rebus secūdis inflari, frangi aduersis. Disrūpi inuidia. Bilem & stomachū mouere. seditionis flabello omniū tranquillitatem perturbare. Veritatē mendacio contaminare. Nefario scelere Remp. lacerare atq; extinguerē. Odium omne euomeyē atq; deponere. Illaqueare reū legū  
g. iij.

periculis, irretire odio bonorum, implicare supplicio. Excutere atq; exhaurire aliquem bonis. Diuellit dolore. Herere in turpitudine. Diffluere ab amicitia. Iacentem & concisam pluribus uulneribus misericordia alleuare. Periculi tepestate de uite cursu dimoueri. Conflagrare inuidia. Aestuare dubitatione. Reip. procuracione ad suu questu nudinationemq; traducere. Publico naufragio lacunam rei familiaris explere. Ex magnis criminibus elabi. Aculeu contumeliae excutere. Omnia iuris repagula perfringere. Aucupia uerborum & literarum tendiculas in inuidiam uocare. M. Tullius Clodij furore cedendo maluit frangere, q̄ resistendo. Primoribus labris gustare. Profundere uoluptates. Ipsa natura, ut scribit in oratione pro M. Caelio Cicero, profundit adolescentiae cupiditates, quae si ita erumpant, ut nullius uitam labefactent, faciles & tolerabiles haberi solent. Labem sceleris sempiterni contrahere. Ex profundis libidinibus emergere, totumque se eicere atque efferre. Florescentem fortunam subita tempestate peruertere. Ex iactatione populari in medios omnium perturbationum fluctus dilabi. Non sum, inquit Cicero in Pisonem, ita timidus, ut qui in maximis turbibus ac fluctibus Reip. nauem gubernassem, saluamq; in portu collocassem, frontis tuae nubeculam, tu collegae tui contaminatum spiritum pertimescam. Deuorare animi molestiam. Volitare gloriae cupiditate. Populi fluctus excitare. Licentiam fractis cupiditatibus constringere. Exuere humanitatem. Sanare omnia belli funera. Ciuilis belli incendium conseruatione ciuium

## Incrementum.

**E**LEGANS IN PRIMIS schema uel ad exornandam, uel amplificandam orationem, quod incrementum appellatur: quo inferioribus exaggeratis per gradus quosdam, ad id quod summum est peruenitur. Eius formas plerumque faciunt quatuor, alij etiam plures: ut prima ea sit, quae ex infimis ad summa aliquem habet progressum: ut, omnis huius uita optimarum rerum studijs exercita, attrita, consumpta est. Mar. Tullius Ro. Rem publicam funesta coniuratione laborantem atque oppressam admirabili consilij felicitate erexit, restituit, conseruauit. Catilina omne humanae necessitudinis ius, omnem amicitiae fidem contempsit, uiolauit, perfregit. Quin. Fabius senescentem Romani nominis gloriam & prope extinctam a libidinoso Hannibalis furore primus uindicauit, in solita uirtute illustrauit, & cum omni posteritatis memoria adaequauit. Ostendimus pulcherrimum eius exemplum esse apud Ciceronem actione in Verrem quinta. secunda eius forma est, quam excitandae admirationis causa ei, quod sua alioqui natura summum esse uidebatur, aliquid augustius atq; praestantius adijcimus. eius tale exemplum extat apud Ciceronem lib. 1. Tusculanarum quaestionum, Aristoteles longe omnibus praestans ingenio & dig. iij.

Incrementum  
& eius formae.



ligentia, Platonem semper excipio. summum erat, Aristotelem cæteris omnibus ingenio ac diligentia egregie antecellere, auxit tamē cum diceret unum se Platonem excipere. Tale item est, Diomedes omnes Græcos inuicti animi magnitudine verūque gestarum gloria superauit, excepto tamē uno Vlyse. C. Iul. Cæsar scriptionis elegantia, præter unum Ciceronē, felicissimè Romanū sermonem expressit. Tertia eius forma est, quā citra ullū ordinē aut gradum, quod atrocissimū est dicimus. Vt patrē tuum, cui uitæ lucisq; huius iucunditatē debebas acceptā ferre, occidisti: quid dicā aplius? patrē tuū occidisti. Matrem tuā Orestes intra humanæ naturæ sordes crudelissime interfecisti: nullo grauiore flagitio obstringi poteras, matrem tuam interfecisti. Quarta forma est, quæ impetum atq; incrementū sumit à rerum circumstantijs. ut L. Pisonem Consulē cū furoris Clodiani uis tota urbe uolaret, in maxima Reipublicæ perturbatiōe, in maximis naufragijs ciuitatis, in summa optimorum ciuium desperatione, in maximo senatus luctu nemo sobrium, nemo agentem aliquid, quod esset libero dignum, nemo deniq; in publico uidit. Venuustum quoque illud à circumstantijs est incrementū in eadem Ciceronis oratione in L. Pisonem. Cū seruorū, inquit, delectus haberetur in foro, arma in templo Castoris luce & palam comportarētur: id autem templū sublato aditu, reuulsis gradibus, à coniatorū reliquijs, atq; à Catilinæ præuaricatore quōdam, tum ultore, armis teneretur: cum Equites Romani relegarentur, uiri

boni lapidibus è foro pellerentur, senatui nō solum iuuare Rempublicam, sed ne lugere quidem liceret: cum cuius is, quem hic ordo assentiente Italia, cum- Etisq; gentibus conseruatore patriæ iudicaret, nullo iudicio, nulla lege, nullo more, seruitio atque armis pelleretur, non dicam auxilio uestro, quod uerè licet dicere, sed certe silentio, tum Romæ fuisse Consules quisquam existimabit? Nihil his potuit uel efficacius uel uehementius dici ad augendam inuidiam.

## Synonymia.



YNONYMIAN QVOQVE Synonymia

diximus quandam nominis esse cognitionem siue interpretationē, quasi rei ipsius, quam exaggeramus, indignitas, uocabulo uno significari non satis euidenter possit. sūt autem synonyma, mucro, gladius, ensis: perdere, diuexare, affligere, extinguere Rempublicam: uigiliæ nocturnæ, excubiæ, stationes. si Italiæ dilectus, inquit in oratione pro Milone Cæro, si arma, si Capitolinæ cohortes, si excubiæ, si uigiliæ, si delecta iuuentus contra Milonis impetum armata est, atq; illa omnia in hunc unum instituta, parata, intēta sunt &c. Et in Pisonē: Magna, inquit, maiestas consulis. nō capiunt angustie pectoris tui, non accipit leuitas ista, non egestas animi, non ingenij infirmitas sustinet tantam personam. Vergilius:

Quid puer Ascanius? superestne, & uescitur aura  
Aetherea, nec adhuc crudelibus occubat umbris?  
Regnat hoc schema in affectionibus. sed nihil atti-  
net pluribus exemplis hic uti, quæ obscura esse non  
possunt.

## Gradatio.

Gradatio.



COGNATA INCREMENTO  
figura est, quæ à Græcis κλίμαξ, La-  
tinis gradatio appellatur. Nam &  
proximum semper uerbū ad alia de-  
scendens repetit: & miram rebus ue-  
nustatem iucunditatēq; adfert. cuiusmodi est: Li-  
terarum studium laudem, leuis uitæ dignitatem, di-  
gnitas admirationem parit. Otium excitat uolu-  
ptatis studium, uoluptas parit peccatum, peccatū  
uerò animæ mortem. Caput, inquit Paulus, mulieris  
uir est, caput uiri Christus, Christi autem deus. No-  
ta figura & in illustri orationis gratia posita.

## Congeries.

Congeries.



CONGERIES, QUAM ΣΥΝΑ-  
θροισμὸν uocant Græci, non uocū gra-  
dus, sicut incrementum, sed cumulum  
quendam habet. in signe admodū sche-  
ma, quoties plures uirtutes uel uitia,

plures animi corporisque dotes uni alicui personæ  
attribuimus, ut, homo iustus, temperans, uirtutum  
cultor, uitiorū cōtemptor, humanus, misericors &c.

Nam quod uobis iste, inquit in L. Pisonem Cicero,  
tantummodo improbus, crudelis olim furunculus,  
nunc uerò etiam rapax, quod sordidus, quod contu-  
max, quod superbus, quod fallax, quod perfidiosus,  
quod impudēs, quod audax esse uideatur, nihil sci-  
tote esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil posteri-  
us, nihil nequius. Crebrò hæc figura in omne caussæ  
genus incidit. Hac figura Cicero mirabiliter exag-  
gerauit Clodij in omnes ordines flagitiū. Polluerat,  
inquit, stupro sanctissimas religiones, senatus gra-  
uissima decreta perfrugerat, pecunia se palam à iu-  
dicibus redemerat, uexarat in tribunatu senatum,  
omnium ordinum consensu pro salute Reipub. gesta  
resciderat, me patria expulerat, bona diripuerat, do-  
mū incenderat, liberos, cōiugē meā uexauerat &c.

## Antithesis.



NULLVM FERRE EST SCHE-  
ma, quod illustriorem gratiam, maio-  
rēque splendorem cum exornādis,  
tum uerò amplificandis rebus adfe-  
rat, quam ἀντιθέσις, id est cōtētio:  
cuius uim aliquādo inter rerū locos referemus. ex-  
plicat enim & ostendit, quā uim optimarum rerum

Antithesis.

uirtutes habeant, quæ sit inter uirtutes ac uitia cognatio: & ipsa illa collatione rerum omnium naturam ac consecutiones optime indicat: & proinde maximus eius est usus in genere demonstratio: ut qui eximiam in principe clementiam, animi moderationem ac incredibilem uitæ continentiam probare uelit, præcipua argumenta ducat à detestatione impietatis, iræ, & libidinis. In suasionibus nihil hac figura efficacius fingi potest. Eius etiam exemplum tale esse potest. Homo in scelere uigilans, in uirtutum officijs somnolentus & iacens: in perditis rebus diligens, in ciuilibus negotijs negligens: timidus in rebus strenuè agendis, audax in facinore. Ineptus & stultus inter uiros, concinnus & prudens inter stultas mulierculas. Concitus ad rixam, tardus ad gratiam. Virtutis egens, scelerum profusus.

Mortales amicitias, immortales uerò inimicitias gerit. Inimicus suis, amicus uerò alienis. Euerfor & captator fortunarum alienarum, naufragus suarum. Inimicus otij, perturbator tranquillitatis, auctor seditionis, uexator ciuium, hostis bonorum omnium. Certabit, inquit Cicero actione tertia in Verrem, mea diligentia cum illorum cupiditate, uestra integritas cum illorum perfidia, testium constantia cum illius leuitate atque periurio.



## De affectionibus.



**P**RIMAM IMITATIONIS partem esse uoluimus, diligenter & summa animi ratione atque cura obseruatum eius consiliū, ad cuius imitationē tota mente conuertimur: propterea quòd naturam, cum sua quisque & celeriq; ingenij motu feratur, imitando effingere non possumus. secundam eius partem fecimus certam quandam rationem ac uiam dicendi, quam munire optimarum elocutionum propositis exemplis conati sumus. Huic figurarum, quibus simplex oratio illustrior illuminatioq; redderetur, taquam partē tertiam subiecimus. Nunc de materia siue scribendi genere, quod imitando explicare uolumus, pauca quædam dicemus. Nam duplex eius est ratio. Aut enim simplex materia & SOLITARIA nullis uel affectionibus uel exornationibus expolita philosophorū more proponitur: qualis est de cælo & mundo, de elementis, de animæ immortalitate, de summo bono, de morte, de morborum causis, sympto-

Imitationis partes.

Affectiones

matis, differentijs, & remedijs &c. & cuiusmodi  
 ferè sunt omnia Mathematicorum axiomata, quæ  
 certis demonstrationibus, nullis uel figurarum ex-  
 ornationibus, uel amplificationibus ab ingenuarum  
 artium scriptoribus in scholis eruditorum hominũ  
 explicantur. Summi enim homines ingenio & otio  
 affluentes, latentes magnarum rerum causas, origi-  
 nem, formas atque consuetudines contenti fuerunt  
 sine ullo orationis fuce ac pigmento posteritati tra-  
 dere: propterea quod rem docere quàm ornare malue-  
 runt, putarèntque uitium omnem animi motum, &  
 proinde nulla perinde re mentem humanam nõ so-  
 lum ab omni animi integritate ac ratione, uerum-  
 etiam constantia & sanitate abstrahi, atque affe-  
 ctionibus: quarum moderationem in prudente uiro  
 etiam laudabant Peripatetici, cum tamen eas extir-  
 pandas omnino esse Stoici contenderent. sed eadẽ  
 hæc si uel ab oratore, uel poëta, uel ab eo deniq; as-  
 sumantur qui in affluētis populi cõcursu omnia ad  
 ingenij sui iactationem, ad famam eloquentiæ, ad  
 multitudinis delectationem, admirationem, atq; ac-  
 clamationem facit, non magis de probationis fide,  
 quàm indoctæ plerumq; plebis opinione uel iudicio  
 sollicitus, omnia iam plena eloquentiæ, plena affectio-  
 num, plena deniq; spiritus atq; animi erunt. Nam  
 ut lachrymas mouere siccis oculis nemo potest, sic  
 orator de rebus amplectendis ac fugiendis, de Rei-  
 publicæ administratione, de morte expetenda, de  
 animi æternitate dicturus, audientium animos opti-  
 marum rerum studio atque ambitu, humanæ uitæ

Affectiones  
 quid sint.

odio, uirtutum deniq; omnium amore & desiderio  
 tanquam facibus quibusdam incendere debet atq;  
 inflammare: & spe, desiderio, odio, amore, ira, cupi-  
 ditate permotos in quæcunque uelit animi impetũ  
 pertrahere. sunt enim affectiones à natura homi-  
 ni tanquam animorum pædagogi quidã utiliter da-  
 tæ, quarum ui atque impulsione ad res strenuè agẽ-  
 das ferimur: quando nullam magnam & laudabi-  
 lem uirtutem exercere, nullam uitæ dignitatem am-  
 plecti, nullum optimarum rerum studium, nisi cui-  
 us ambitu afficiamur, colere possumus. Quod ani-  
 maduertentes Peripatetici, ne oratorem quidem si-  
 ne iracundiæ aculeis non modo accusantem, sed ne  
 defendentem ferre oportere iudicabant: adeoq; uti-  
 liter animorũ perturbationes à natura homini da-  
 tas esse, ut ipsi Philosophie principes tantos in stu-  
 dijs progressus, lustratis ultimis penè orbis terrarũ  
 finibus facturi, sine flagrante cupiditatis ardore  
 non fuerint. sic iram ad fortitudinem excitandã,  
 sic misericordiam ad calamitatem afflictorum ho-  
 minum subleuandam, sic æmulationem ad præcla-  
 rissimarum rerum studia excolenda, dolorem ad  
 ignominie atque infamiæ fæditatẽ fugiendam non  
 sine magna utilitate esse cõstitutam. Quare ea no-  
 bis materia, quæ affectiõibus abudat, CONIUN-  
 CTA nominabitur. i qua omnis oratoris facultas,  
 omnis dignitas, omnis deniq; admiratio est posita:  
 quod orator de rebus magnis ad Reipublicæ decus  
 atque dignitatẽ pertinentibus dicturus, sepe cogit-  
 tur multitudinis animos cohortatione, obiurgatio-



ne, cæterisque locis communibus ad cupiditatem, ad laudem, atque gloriam, ad res præclare agendas uel concitare: uel ira, odio, ac libidine inflammatos animos à temeritate, iniuria, uindicta, crudelitate ad moderationem reuocare. Nec aliud ad concitandos multitudinis in nos animos, ad conciliandam beneuolentiam & attentionem, ad risum, fletum, lachrymas, miserationem mouendam tam uehemens est, atque oratio omnibus animorum motibus, quos hominum generi natura tribuit, affluens: propterea quod omnis uis, ut ait Cicero, ratioque dicendi in eorum qui audiunt, mentibus aut sedandis, aut excitandis exprimitur. Videturque ob id Plato rationem recte dixisse aurigam esse, equos uero animi motus, quibus & currus & auriga traheretur. Atque ut hic Cicero duo motuum capita fecisse uidetur, sic omnes penè Rhetores, qui de arte dicendi scripserunt, affectionum genera faciunt τὰ ἄδῃ, ἢ τὰ πᾶθῃ.

PRIORA ILLA MITIORA SVNT, & in sedandis ferè animis, in quadam commendatione, deprecatione & excusatione posita: ut mæstudo, timor, pudor, miseratio, fauor, delectatio, cæteraque huiusmodi, quæ uel ab Aristotele in rhetoricis; uel à Cicero enumerantur: & præcipuè in comædijs regnant. Expressit hos motus admirabiliter poëta Comicus in oratione Pamphili suum erga Glycerium ingenuum amorem declarantis:

Ego propter me, inquit, illam decipi miseram sinam? Quæ mihi suum animum, atque omnem uitam credidit: Quam ego animo egregie charam per uxorem habuerim.

Plato's sententia de affectionibus.

Bene & pudice eius doctum atque eductum, sinam Coactum egestate ingenium immutauerit?

Mouit enim miserationem à fortuna & malis desertæ atque neglectæ Glycerij, cuius innocentia obstare paupertatem posse animo cernebat, & indignitatem exaggerauit ab amore & consuetudine, quæ ingenuo adolescenti cum Glycerio fuerat constituta: tanquam perfidiosi sit ingenij, datam semel fidem ulla uel patris uoluntate, uel temporis iniuria, uel calamitate frangere. Addit deinde amorem non illum, qui ex libidine, ex uoluptate, ex corporis turpitudine sit profectus, sed liberalem atque pudicum: Quam ego, inquit, animo egregie charam pro uxore habuerim. Neque tamen in his pietatis, amoris, miserationis, indignitatisque motibus acquieuit: sed omnia hæc exaggerauit à liberali uitæ institutione, quæ fortuna ac conditione meliore digna uidebatur: ut his locis non solum legentis animus perturbetur, uerum etiam quam honeste Pamphilus amauerit, apparet. Nam eiusmodi ferè affectionum loci sumuntur ab ætate, sexu, fortuna, conditione, uitæ innocentia, iniuria atque rei indignitate. An uerò Anna apud Vergilium sororis suæ Didonis animum magnum atque fortem, & in mariti fidem tota mente conuersum, his affectionibus non permouit solum, uerum etiam fregit?

Anna refert, o luce magis dilecta, sorori,  
Solane perpetuè moriens carpere iuuenta?  
Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?  
Id cinerem aut manes credis curare sepultos?  
h. i.

Captat enim beneuolentiam à singulari suo erga sorem cum amore, tum pietate: ut ostensura, quantis comodatibus Didoni, si amoris coniugijque sensum omnem abiciat, sit carendum, plus habeat & fidei & auctoritatis. primum deinde motum ab ea etate, quæ & uoluptatibus affluit, & procreandis liberis est idonea, pulchrè excitat: & liberorum delectatione, spe futurarum rerum, quarum gloria circumsuere posset, contemptu deorum, quos huiusmodi rebus permoueri negat, timore denique periculi labantem eius animum inflexit, magnisque cupiditatibus inflammauit. Magnam in omni deliberatione hæ affectiones uim atque facultatem habent.

POSTERIORA, QUE TA' PA' O H  
Græcis appellari diximus, uehemētē, concitatum, incensum, & penè tragicum habent motum ad misericordiam, inuidiam, odium, contemptum, indignationem, desperationēque excitandam. has enim perturbationum formas, præter eas, quas iam enumerauimus, in Rhetoricis facit Aristoteles: Cicero in Partitionibus omnem animi motum ad uoluptatem, ad molestiam, ad metum, ad cupiditatem refert. In his Cicero hæret, in his immoratur, in his habitat, quoties concitata plebis mentem audacia ac temeritate furentem uel componere, uel periculorum metu debilitatam ad res præclarè agendas excitare, uel auditorum atque iudicum animos aduersariorum odio, inuidia, innocentia rei & afflictæ fortuna, indignatione oppressæ uirtutis in-

flammatos in mansuetudinem, pietatem, ac misericordiam cōuertere conatur. Cuius rei cum in nullis alijs, tum præcipuè in ijs orationibus, quibus parens ille eloquentiæ A. Milonem & P. Syllam defendit, longe est pulcherrimum. nam & Pub. Syllæ innocentiam singularemque pudorem iudicibus commendat. Nihil uideo, inquit, esse in hoc P. Syllæ iudices odio dignum, misericordia digna multa: neque enim nunc propulsandæ calamitatis suæ causa supplex ad uos Iudices confugit, sed ne quæ generi ac nomini suo nota nefariæ turpitudinis iuratur &c. & lachrymas mouet à filij in patrem pietate ac sollicitudine: Huic misero, inquit, notiora sunt iudiciorum itinera, & fori, quàm disciplinarum. sed & ipsos quoque iudices dolore animi, quæ ex calamitate P. Syllæ capere uidebatur, impeditos, inimici uerò crudelissimo & nefario odio incensos, fortuna denique acerbitate, rerum uicissitudine, & graui conuestione fractos, ad lachrymas, ad misericordiam, ad afflicti & calamitosi hominis alleuationem adducit atque impellit. postremò etiam lenitatem & misericordiam elicit à malis P. Syllæ. Quid enim, ait, erat mali, quod huic spoliato honore, fama, fortunis deesse uideretur? aut cui nouæ calamitati locus ullus relictus esset? urget eadē fortuna quæ cœpit, repetit nouum mœrorē, non patitur hominē calamitosum uno modo afflictum uno in luctu perire &c. Nulla cuiusquam mens tam barbara & inhumana est, quæ non his affectionibus perturbari posse uideatur. Admirabiliter sanè vergilius  
h.ij.

grauissimas animi permotiões in matris Euryali la-  
chrymis atq; cōquestione expressit his carminib⁹:  
Hunc ego te Euryale aspicio? tu' ne illa senectæ  
sera me.e requies? potuisti linqere solam  
Crudelis? nec te sub tanta pericula niissum  
Affari extremum miseræ data copia matri. &c.

Cōmenta.

Harum omnium permotionum tractationem ani-  
plius in priore libro ostendimus. sumuntur enim ab  
animi cōmentis, græci φαντασιαις appellat, quo-  
rum loci sunt rerum personarūque adiuncta.

Optime enim quemcunque animi motum expri-  
met, qui omnia adiuncta absentiumq; rerum ima-  
gines animo conceperit. hinc enim dolorem animi  
exaggerasse Euryali mater uidetur, quasi diceret,  
non fui periculorum socia, non adfui morienti filio,  
non postremam eius uocem excepi, non potui labo-  
ranti mederi, &c. Magna certè & admirabilis q̄  
dā affectionū uis est nō solū civilibus in causis, ue-  
rūt etiā in oī uita benè felicitēq; instituēda. sūt enī  
quædā ab animi ratione & uirtutis studio sic ab-  
horrētes, ut cōiūctæ pr̄sus uideātur cū originis pec-  
cato: q̄ efficit, ut nostrā utilitatē cūctis rebus ante  
ponamus: cuiusmodi fere sunt, ambitio, ira, inuidia,  
&c. Quædā uerò rationi pariūt, civilisq; uitæ di-  
gnitatē ualde cōmēdāt: ut parentū erga liberos a-  
mor, liberorū erga parētes ueneratio atque pietas,  
uxoris erga maritum fides. Multa de his præcipiūt  
Aristo. in Rhet. lib. 3. cap. 7. τολῆτικ. & Cice. lib.  
4. Tusc. quæst. Nūc unde digressi sumus ad reliqua  
causarū genera deueniamus, nā cæteros amplificat



## De genere deli- beratiuo.



**P**RINCIPIO SCIENDVM,  
omnem cogitationem motūq; ani-  
mi aut in consilijs capiundis de re-  
bus honestis & pertinentibus ad be-  
ne beatēque uiuēdum, aut in studijs  
cognitionis scientiæq; uersari: deinde habendā hanc  
rationem esse, ut paci consulamus, atque ad rem ge-  
rendam non modò consideremus quā illa res ho-  
nesta sit, sed etiam ut habeat efficiendi facultatem,  
ne quid temerè desperemus propter ignauiam, aut  
nimium confidamus propter cupiditatem: postre-  
mò, ut in publicis consultationibus semper honesta-  
tem falsa utilitatis specie habeamus potio-  
rem. Nam in consilijs dignitas, lex, religio, fides, æquitas  
spectanda. Libido autem, cupiditas, odium, inuidia,  
metus, animorūque uehementes permotiones om-  
nes amouendæ. Maxime existimare unumquen-  
que, ut ait Cicero, oportet mentis suæ conscientia-  
m, quæ à dijs immortalib⁹ accepta à nobis diuel-  
li non potest: quæ si optimorum consiliorum atque  
h. iij.

pulcherrimæ  
ceptiões de  
genere deli-  
beratiuo.

factorum testis in omni uita nobis erit, sine ullo metu, & summa cum honestate uiuimus. Huius autem generis ut magnus est usus, sic multae eius sunt formae. Complectitur enim suasionem & dissuasionem, exhortationem, dehortationem, & huiusmodi, quorum omnium formulas aliquot signabimus. Sunt enim communes suadendi elocutiones: suadeo, hortor, moneo, rogo, praecipio, auctor tibi sum ut facias, me suadere hoc agens, hoc consilium de mea sententia capies: me impulsore, meo suaso, meo hortatu in literarum studium incumbes. Pulcherrimae uero illae sunt, quae ostentationis, consilij, & arrogantiae habent uel dissimulationem, uel deprecationem, quae in exordij usum siue epistolam, siue oratione scribanus, sumuntur: cuiusmodi sunt,

## Suadendi & monendi.

Suadere &  
moneo.



QUANQUAM CONSILIO non eges, quo plurimum uales, tamen ut summi gubernatores in magnis tempestatibus a uectoribus admoneri solent, & clarissimi medici aegrotantis consilium saepe sequuntur: sic ferens a me rebus tuis consili, si forte ipse minus promoueris. Non dubito quin ipse ad omne animi prudentiam cum natura, tum studio satis sis informatus: tibi tamen suadeo, uel etiam

moneo, ne leue hanc iniuriam animi offensione potius, quam naturae moderatioe ac aequitate definire uelis. Tibi omnino suadeo, atque etiam rogo, ut quae ingenio studioque tibi pepisti, ea in usum Recipu. referas. Et si consilium facilius accipere, quam alijs dare possum, uerebroque tibi homini summa prudentia, summo ingenio praedito quicquam aut suadere, aut dissuadere, ne cum amori in te meo sim obsecutus, tuo uidear iudicio diffidere: malo tamen pueriliter curiosus uideri, quam ulla in officiorum parte negligens: quo facilius qui cursus reru, qui exitus futurus sit, ex me quoque scire possis. Si ad aliorum consilia rationes tuas conformare uelis, hoc tibi agendum censeo, ut omnia quae dignitatis, quae laudis, quae gloriae plenissima sunt, tibi in hoc uitae curriculo non solum imitanda, sed et percipienda proponas. Tu uero si conceptam de tua uirtute opinionem, expectationemque sustinere uelis, eodem cursu tuum dirigere debes, ut quod tibi honorificum, cunctis uero bonis maxime optabile esse iudicet, id exequaris: publicam utilitatem spectes, priuatam negligas: domi uitae splendorem, militiae reru gerendarum gloriam quaeras: otium cum dignitate, dignitatem cum otio amplectaris. Tu si consilio meo parere uolueris, in earum reru cogitatione incubes, quae ad gloriam, amplissimamque gratiam, dignitatem, splendorem excellentiam pertinere uidebuntur. Adhibendam eam tibi moderationem censeo, ut in tanta perturbationum concursatione tempori potius cedendum, quam tuis obtemperandum moribus iudicet. Tibi uero cum meo in te amore, tum causa tua impulsus suadeo, & si pate



ris praecepto, ne ullius vel iniuria, vel gratia animi  
 tuu ab optimaru reru studio inflectas. Ego quanq̃  
 no modo nil mihi assumam, in quo differre tu a me  
 possis, sed etia si a te mihi q̃c̃q̃ concedatur, plane re-  
 mitta, hoc tamen tibi suadere audeo q̃c. si leni-  
 ter a me pro nostra coniunctione, vel mea p̃petua in-  
 te obseruata moneudus es, uideor hoc tibi suadere  
 posse q̃c. Dabis istud amori nostro, ut in ea opi-  
 mione sententiaq; te adduci simas, quae cu tuis utilita-  
 tibus est cōmista. Tibi iprimis suadeo, atq; hoc meo  
 etia iure praecipio, q̃ uitae dignitate, q̃ patriae dec̃,  
 q̃ Reipublicae gloria spectas, ne si qua te uel necesse  
 sit, uel iniuria, uel gratia a fortib; cōsiliis resugas. In  
 hoc etatis tuae flexu istud tibi agēda ceseo, ut ani-  
 mu tuu cōformes exerceas, ut istius uoluntatis cogitatioe,  
 quos neq; communis teporū tepesitas, neq; honoris su-  
 perbia, neq; dignitatis ambitio unq; potuit de iustitia co-  
 uitaesae cursum ad desideria, ad despectatione, ad an-  
 mi diuisionem diuouere. Optima uero est illa, quae a  
 periculi reru neq; magnitudinis attentione habet: ut,  
 Vos moro p. C. ne in tantis Reipublicae malis desis-  
 dere amplius uelitis: agitur libertas, pro qua uoluntati  
 etiam quondam honestum fuit: agitur senatus au-  
 thoritas, quae improbis inuoluntatibus hominum ad  
 factiore conuulsu aequa dissipata propendunt  
 et: agitur uita. Fortuna optima ciuibusque,  
 nobis charissima esse debet q̃c. Moros te q̃c. pra-  
 dico, cum res bona omnium pace componi possint:

duriores tibi conditione statuas, quam ferre possis.  
 Hoc enim est animi, hoc constantiae, hoc suscipie di-  
 gnitatis tuae diligēter prauidere, ne qua inimicoru  
 uis, ne qua inuidiae, ne inuidiae a rebus gerendis te  
 labefaciat, aut in grauem aliquam perturbationem  
 conuertat: quaddo, ut Cicero ait, illi demum perbeat  
 uideri solent, qui in optima Reipublica cum q̃c. ho-  
 noribus, q̃c. rerum gestarum gloria florent, cu ui-  
 ta cursum tenere poterunt, ut uel in negotio sine  
 periculo, uel in otio cu dignitate esse possent.

# Distuadendi.

AGNAM OMNIUM MAXI  
 mam rerum humanarūq; prudentie de-  
 um continet de liberatio, quoties de  
 corrigendis ciuium moribus, de ciuita-  
 tibus iustitiae, retinenda libertate,  
 propugnandis ciuium fortibus, de inuentus disti-  
 plina, de frangendis hominum cupiditatibus, colenda  
 religio, pace uel bello suscipiendo, de iustitia, parte-  
 ritate, aequitate, de rerum carum omnium, sine quibus  
 ciuitates bene moratae esse non possunt, modo ac  
 temperatione consistimus: eoque graues auctores  
 abundantes doctrinae reru omnium cognitione  
 mouent diligēter utendū: cum animi prae-  
 sentia peruidendum esse, quid praecipue in rebus  
 exspectandis uel fugiendis suadeamus aut distuade-  
 mus, quid cum Reipublica, ac salute ciuium sit



coniunctum, aut graue rebus cōmuni-  
 bus exitiū al-  
 laturum: ne cōsultationis temeritate ipsi nobis ma-  
 gni mali auctores simus. Fit enim, ut in tanta rerū  
 uarietate ac copia, quid sequendum sit aut fugien-  
 dum, non facile mens humana, nisi lōga meditatio-  
 ne ad consulendum exercitata, percipere possit. Et  
 Cicero in libris officiorū cōmemorat, nobiles quosdā  
 iuuenes patrum memoria fuisse, qui in publicis con-  
 sultationibus, in rebus gerendis cæco quodā ac im-  
 potente priuæ gloriæ studio Rempu. euerterint.  
 nec enim ibi recte consulitur, ubi deliberatiū animi  
 spe, metu, cupiditate, ac eiusmodi animorū permo-  
 tionibus feruntur. Derisit meritō Photion eos orato-  
 res, qui sparsō falso rumore de morte Alexādri, nul-  
 lis instructi consilijs, quorum ferē optimus parens  
 SEQUENS DIES creditur, sed concitationibus  
 animorum permotionibus impulsī, priusq̄ certius  
 quiddam de rebus & ualetudine Alexandri cognos-  
 ceretur, stultam iuuentutem ad bellum inferendū  
 inflammabant. Quo maior in consilio honestatis &  
 utilitatis adhibenda est prudentia, diligentia, mo-  
 deratio, ne quid incōsulto, ne quid imprudēter aga-  
 mus, cuius pœnitentia ducti in grauem temeritatis  
 offensionisq̄ publicæ reprehensionem illabamur.  
 EST AVTEM eadem dissuadēdi quæ & sua-  
 dendi ratio: nec diuersi sūt loci. Verba solum priori-  
 bus sūnt contraria: quorum copia quoniam obscura  
 esse nemini possit, nolui hic uel nimium diligens, uel  
 fortasse ineptus uideri. Si tamen in hac quoq; par-  
 te puerorum imitatio exemplo sit excitanda, erunt

sequens dies  
 consiliorum  
 parens.

eiusmodi: si prudētis est hominis in loco & tem-  
 pore ad aliorum se uoluntates conformare, uide an  
 liberaliter agas, qui ab optimi & fidelissimi homi-  
 nis gratia nulla iusta odij causa impulsus desinas.  
 Cum omnis beneuolentiæ comparandæ causa be-  
 nefici esse debeamus, facis inciuiliter, qui nulla ope-  
 ra, nullis commoditatibus laboranti amico opitula-  
 ri uelis. Cauendū tibi censeo, ne improborū in te  
 odia semel extincta incēdas, sed potius omnes animi  
 benignitate, ōni officio in gratia retineas. Impru-  
 denter tu quidem & inciuiliter agis, si in amicitia  
 colenda eam habeas rationem, ut utilitatem potius  
 q̄ officia spectare uidearis, & proinde in retinen-  
 da amicitia semel cōstituta sis negligētior. Nam qui  
 beneficiorū laudē sempiternā spectat, eū ciuiū uolū-  
 tatem nō beneficij spe, nō largitionibus, nō simulato  
 officio, sed uirtute tueri oportet. Enitendū tibi pu-  
 to, ut quas susceperis inimicitias, eas deponas, in o-  
 ptimorū ac principū uirorū familiaritate te dedas.  
 Nā qui ex graui & lōga miseria emergere uolunt,  
 eos uenire in clarissimorū hominū cōsuetudinē oportet.  
 Nihil minus est hominis, q̄ in amore uinci, uel  
 non respondere ijs, a quibus prouocaris.

## Hortandi.



MAGNAM CVM SVASIONE  
 habet cognitionem hortationes: quibus  
 utimur, quoties amicū hortamur, ut stu-  
 dium suum, operam atq; industriam ad

Hortari.

Reipublicæ dignitatem referat, ad res præclare agendas animum conuertat, nominis immortalitatem rerum gestarum gloria, uel literarum monumentis sibi paret, in colenda uirtute omnes labores, omnes miseras parui ducat, rebus suis prospiciat: neque committat, ut uel rem domesticam profusa luxuria dissipasse, uel ullam uitæ infamiam contraxisse, uel falsam denique laudem contempto uero uirtutis studio captasse uideatur: et eiusmodi alia quæ ad suauis partes pertinebunt. Quare in hanc curam incumbendum, ut quarum elocutionum formulis eiusmodi adhortationes efferantur, earum nobis parata sit copia. Est autem infinitum in tanta uerborum rerumque uarietate omnem explicare dicendi rationem: quare nos, quo facilius sit imitandi ratio, insigniores eius aliquot locos ostendemus, quales ferè sunt.

Te adhortor, ut in eadem ratione, in qua multi et honore, et gloria floruerunt, incubas: recorderis uirtutem, non desidiam: dignitatem, non uoluptatem: laudem denique, non otio esse natam. Age sollicitudinem ciuium tuorum respice, et illam tuam non dissolutam, sed suspitione aliqua retardatam consuetudinem Reipublicæ bene gerendæ excita. Para te, meditare, atque cogita, ut perditissimis flagitijs oppressam Rempublicam in pristinam uindices libertatem. Vos adolescentes, qui ingenio et uirtute summam laudem consequi potestis, ad maiorum uestrorum, quorum prudentia imperij huius splendor ac gloria constituta est, imitationem uos componite. Omnia tibi sunt, princeps amplissime, erigenda, quæ iacere et

alienis sordibus obsolescere sentis, quæ belli impetu percussa atque prostrata sunt, quæ dilapsa in suam perniciem fluxerunt: referenda in Reipublicæ lucem et splendorem literarum dignitas: profliganda fœda barbaries, studium Reipublicæ bene gerendæ producendum, arma pro Latino nomine sumenda: eicienda ubique et omni ratione prosternenda pestis illa et impetus eorum, qui exultantes et temerè, nefariè, impiè in Christianum sanguinem irruentes sacrosanctæ fidei religionem uiolant. Admonedi mihi sunt certi aliquot homines, qui animo sunt icinno, angusto, et ipsa inuidia inani, ut excellentium uirorum scripta imitatione et gratia digna, non inuidia et reprehensione putent: uirtute et eruditione, non calumnijs alienarumque uirtutis oppressione ad gloriam atque nominis famam cursum sibi querant.

## Seruire laudi atque gloriæ.



**N**ULLVS A ME LABOR in negotijs, nulla in periculis fortitudo, nulla in agendo industria, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo est prætermissum. Intentis oculis omnes Reip. partes intueor: nihil quod ad ciuitatis decus conferuandum pertinet, prætermittendum puto. Animum meum, omnemque curam, operam. ac diligentiam

Seruire laudi.



meam in iuris ciuili studio pono. Omnia ad splendorem & gloriam reuocare. Hac enim elocutione Cicerō in oratione pro L. Flacco utitur: Hæc, ait, ratio & magnitudo animorum in maioribus fuit, ut cum in priuatis rebus, suisque sumptibus minimo contenti, tenuissimo cultu uiuerent, in imperio atque publica dignitate omnia ad gloriam splendoremque reuocabant. quæritur enim in re domestica laus, in publica dignitas. Nulla me uoluptas, nulla ambitio, nulla miseria à laudis ambitu magnarumque & præcellentium rerum cogitatione abstrahet. Ego omnes nervos meos & industriam in rebus præclare agendis attollam. Ego me à cæteris omnibus cogitationibus ad unam salutem Reipublicæ contuli. Semper ex honoris gradu omni studio, uirtute, auctoritate incubui ad Reipublicæ conseruandam: præcipitanti Reipublicæ magnis in malis subueni, patriam demersam extuli, afflictas omnium fortunas conseruaui. Nullum me aut incommodum, aut otium, aut uoluptas à studijs auocauit, aut somnus retardauit. Omnia enim tempora ad recolenda studia mihi sumpsi. Equidem ut honore dignus essem primū semper laboraui, secundo ut existimarer, postremo ut tu honorem iucundum putarem, cum dignitati meæ testimonium, non ambitioni beneficium datum esse intelligerem. Alacrem & magnum ad studium iuris animum attuli. Omnem meam uim in discendis literis consumpsi. Qui uitæ dignitatem, qui laudem & gloriam Reipublicæ quærit, cum nulla oportet uel miseria, uel calamitate de studijs sui cursu dimoueri. Multorum uirtus,

ingenium, humanitas ex infimo genere & fortuna gradu non modo amicitias & rei familiaris copias consecuta est, sed summam laudem, honores, gloriam, dignitatem. Sed ea tamen in ipsa honoris petitione adhibenda est moderatio, ut OTIUM CVM dignitate complectamur. Multi enim, ut scribit Cicerō, ex iactatione se cursuque populari, ex tranquillo dignitatis & fortunarum portu, nimia honoris ambitione subuersi, in medios maximarum perturbationum fluctus se contulerunt. Plerique omnem spem salutis, ad dignitates, ad communem uirtutem beneuolentiamque conuertunt. C. Cæsar ita magnum ueræ gloriæ sensum cepit, nihil ut cum gloria comparandum unquam putauerit: omnem uim inganij in ciuilibus studijs consumpsit: nec præsentis uitæ uoluptates, nec præcipitem dominandi ac lubricam cupiditatem ueræ, graui, solidæ gloriæ antetulerit unquam: donec curriculum industriæ in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis transmiserit. Consulendum laudi ac honoribus. Ut gloriæ seruire & honoribus, ac de existimatione laborare honestum & imprimis pulchrum est: sic negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Illud in omni uita laudabile, primariorum uirorum sibi gratiam officiorum studiisque commendatione conciliare, & nominis famam facere illustriorem. Dignitatem quære, colligere, conciliare. Ex agresti inciuilique uitæ consuetudine ad humanitatem se effingere atque informare. Ad modestiam animique magnitudinem erudiri. Incumbere in om-



nem laudis ac gloriæ pulchritudinem. Eluere infamiae maculam. Effugere criminis illiberalitatem. Delere maculam ac turpitudinē. Vitæ errorē ac turpitudinem in morum uitæq; innocentiam ac laudē cōuertere. Ad frugem se cōuertere, uoluptates domitas habere: à quibus sanè iuuentutem maximè arcendam esse in libris officiorum præcipit Cicero, exercendamq; in labore, patientiâque & animi & corporis: ut eorum & in bellicis, & in ciuilibus officijs uigeat industria. Constituere gloriã & honorem. Nihil in uita magnopere expetere, nisi laudem atq; honestatē: in ea persequenda omnia mortis pericula parui ducere. Curas, uigilias, diligentiam, cogitationesque in laude undique colligenda ponere. In rebus præclare agendis studio efferrī. Studere literis & literas. In Pisonem: Cū uerò literas studere incipit, & belluo immanis cū Græculis philosophari, tamen est Epicureus. Inseruire optimarum artium studijs. Omnis nostra actio uacare debet desidia, temeritate, & negligentia: nec uerò quicquam nobis agendum, cuius non possit causa probabilis reddi. Non enim à natura sumus generati, ut ad uoluptates, ad ludū, ad iocū facti uideamur, sed ad quædam studia grauiora, atque maiora. In studijs humanioribus operæ plurimum diligentiaq; consumere. Ex honoribus familiæ ascendere gradum dignitatis. Cupidè ad laudem rerūque optimarum studia recurrere. Omni ad id studio incumbere, in quo nominis gloria augetur. Inflammato studio ad discendas literas rapi. Magnum studium, multamq; operã

in rerum cognitione adsequendam conferre. Laus, inquit Cicero, omnis in actione consistit, à qua tamen sæpe fit intermissio, multiq; dantur ad studia reditus: tamen agitatio mentis, quæ nunquã quiescit, potest nos in studijs cogitationis etiam sine opera nostra continere. Eiusdem est illa insignis sententia: Si omnes deos hominesque celare possimus, nihil tamen auarè, nihil iniuste, nihil libidinosè faciendum erit nobis. Nihil hic iuuenis ornatissimus in hoc exiguo uitæ curriculo tot curis & uigilijs præter eruditionis famam expetendum putat. A studio honesti nulla eū uoluptas auocat, aut retardat somnus: nec festi dies, nec otij cupiditas, nec laboris deniq; magnitudo permouere illū ac flectere possunt. Rerum difficultatem admirabili studij uehementia, laboris patientia, iudicij magnitudine frangit atque cōiuncit. Magnis se laboribus in perdiscendis literis frangit, magnis curis uigilijsq; angitur. Omnia sua studia ad percipiendam colendamq; uirtutem confert. Non solum suæ sapientiæ magnitudinisq; animi esse putat, omnem amplitudinem atque dignitatem suam in uirtute atque rebus gestis positam esse existimare, nisi etiam summam gloriæ amplitudinem, animi uirtute complectatur. Vniuersum uitæ flexum atque decursum eò conuertit, ut nascentis eruditionis laudem solida gloria confirmet. Nihil ex hoc immenso rerum ambitu expetit, quod nō sit cum laude atque honestate coniunctū. In omnem eruditionis laudem ingenijq; gloriam rectis studijs incumbit. Omni mente in ea cogitatione curaque

uerfatur, ab omni alia cogitatione auersus, ut ad eos ingenij fructus, quos in doles spondit, aliquando perueniat. Nullum in rebus agendis dimittit tempus incredibili laudis honestæ studio flagrans: totusque ex magnis & honestis studijs propendens. In literis perdiscendis, quarum gloria ducitur, otiosam quandam ac liberam ab omni aliarum rerum cura cessationem amplectitur. Omnes ingenij neruos, industriam, animiq; commentationem ad laudis pulchritudinem & honoris splendorem refert. Laudis illum atque gloriæ ambitus ad præclara optimarum rerum studia, ad labores, ad uigilias quibusdam quasi stimulis excitat atque impellit. Non illum domestica egestas ab amicorum officijs retardat, non corporis imbecillitas à laborum deterret patientia, non inimicorum inuidia animi illius constantiam frangit, sed tanquam scopulus undarum fluctibus non conuellitur, ita excelsa & alta animi illius ingenijq; uis nullis incommodis, nullis uitæ periculis debilitari, in otium ac desperationem laudis traduci potest. Fuit hoc olim Romanus, pro Reipubl. salute, pro ciuium fortunis propugnans, fortia facere & pati. Agesilaus rex profugatus in Lydia Tissapherne, nulla pecuniæ ui, nullis profugati regis largitionibus à cursu gloriæ abduci poterat: rat<sup>9</sup> nihil excellentius esse rerum gestarum gloria, neq; amplius uirtutis præmiu ipsa gloria esse. cuius exemplo excitata iuuentus omnes corporis cruciatus, omnis seuiantis fortunæ insidias in parâda gloriæ æternitate cõtēpsit. Intelligebat enim nihil magis no-

stru esse q̄ qd̄ nostra pararetur industria ac laude.

## Immortalitatem

nominis adipisci.



IRTUTIS CURSUM AD nominis gloriam sempiternam ex rebus præclare gestis parare. Quæ uirtutis studia in Rempubl. collata sunt, ea immortalia sunt, ea diuina: ea fama celebrantur, monumentis æmaliu mandantur, posteritati propagantur. Ea præcipua ad immortalitatem gloriæ, ad nominis nostri memoriam sempiternam est uia, amari & ab ijs obseruari, qui ad omnem excellentium uirtutum admirationem sunt facti. Is demum insigni animi robore, præclara uirtutis indole ac continentia confirmatus uidetur, qui magnarum rerum studio omnes uoluptates respuit, omnemq; uitæ suæ cursum in labore corporis, atque animi contentione, conficit: quem non quies, non remissio à laudis ambitu auocat, qui nihil in uita præter solidæ laudis ac gloriæ æternitatem expetendum putat. At nostra hodie iuuentus languet uoluptatum delitijs fracta, neque maiorum exemplo, qui in uera uirtutis laude summam felicitatem constituebant, in gloriæ cupiditate uersatur. Sola enim est gloria, quæ magnis nos præmijs ad memoriam nostri sempiternam excitat. Tua dignitas C. Cæsar uigebit memoria sæculorum om-

Omnia ad laudem referre.

nium, quam posteritas alet, quam ipsa aeternitas semper intuebitur: huic tu inservias, huic te ostentes oportet. Vagabitur nomen tuum longè ac latè: sed è quidem stabilem & domicilium certum non habebit. Nulla tuas laudes obscuratura est obliuio. Nulla tuas laudes uetustas obruet, nulla delebit obliuio. Ignorant uerum & immortale iter gloriae, qui metui à ciuibus, quàm diligi malunt. Nulla tam in memor posteritas, tam ingratae literae reperientur, quae Erasmi Roterod. gloriam non celebrent. Socrates breui detrimento ultimae senectutis, æuum sæculorū omnium est cōsecutus. Africanus, P. Rutilius perpetua sæculorū omnium admiratiōe celebratur. M. Tull. fructus honore & gloria omni sæculorum memoria uictura. De C. Iulij Cæsaris rerum gestarum magnitudine nulla ætas conticescet. Ego etiam longius quàm uitae meae termini postulant, spe atq; animo de me atq; gloria mea cogito. Omnes qui in laude ac uirtute uersantur, spe posteritatis ducuntur. Cum multis, ait Cicero, de causis honorū uirorum mentes diuinæ mihi atque aeternae uidentur esse: tum maximè, quod optimi & sapientissimi cuiusque animus ita presentit in posterum, ut nihil nisi sempiternum spectare uideatur. Etenim exiguum nobis uitae curriculum natura circūscripsit, immensum uerò gloriae. Est autem honestae dignitatis plenissimum, laudis praedicationem atque nobilitatē affectare. Nomen suum immortalitati cōmendare. Versari in periculis cum laude ac uirtute, posteritatisque fructu duci. Nominis aeternita-

tem animi gloria, & rebus praclare gestis adipisci. Memoriam sui cum omni posteritate adaequare. Gloriam rerum gestarum literarum monumentis cōtestatam relinquere. Non uitam cum corpore dimittere, sed nomen suum ab obliuionis iniuria uindicare. Nihil efficacius ad res praclare agendas esse potest, quàm in omni uita cogitare, non ad otium & corporis uoluptates, sed ad laudem, gloriam, atque dignitatem natos nos esse, in eaque amplectenda omnes corporis cruciatus parui esse ducendos. Qui uitae dignitatem, populique uniuersi admirationē affectat, eum nouo uirtutis genere in summam gloriam uenire oportet. Magna eorum, laudabilis & sempiterna est commendatio, qui in optima Republica honoribus & rerū gestarum gloria floruerūt.

## Laboris molestiam concoquere.

**C**ONVERTERE SE AD RERUM omnium moderationem atq; patientiam. Paupertatis mala, laboris odium ab sorbere atque cōcoquere. Molestiam omnem tranquillo animo conferre, id est pati. Contra studia naturae, atque impedimenta obdurare. Obdurescere ad uulgi conuitia. Patientia niti. Ad omnem patientiam erudiri, quae malorum uictrix ferè esse solet. Fit enim, ut ait

Laborem perferre.



ille, furor læsa sepius patientia. Ego ad omnes fallas uulgi criminationes occallui. Ex maximis officijs cum meas ærumnas, tum filiorum solitudinem sustentavi. Ego qui natura mitissimus sim, assiduitate molestiarum omnem penè sensum patientiæ ex animo amisi. sic animum meum ad omnes misérias non solum perferendas, sed etiam contemnendas confirmavi, ut nulla fortunæ inuidia, nullo hominum odio, nullis communium temporum periculis frangi aut debilitari queam. Nō reticere solum homines parentum iniurias, sed etiā animo æquo ferre oportet. Non oportet eum, qui magnarum rerum laudem atque dignitatem ambit, uel miseria ulla debilitari, uel incommoditatibus frangi, uel in consilium cogitationum suarum desperationem adhibere. In omnibus rebus agendis adhibenda est moderatio singularisque laboris patientia. In paranda rerum gestarum gloria uirtute nos ac patientia niti oportet, neq; ulla calamitate à cursu inflecti aut retardari.

## Rebus suis prospicere.

Rebus suis  
consilire.



**C**IRCUMSPECTA VITAE ratione ad omnia fortunæ momenta incubere. Omnē fauentis fortunæ occasionem excipere. Nullum amplectendæ fortunæ tempus dimittere.

Amplificare opibus rē domesticam. Labētē rem familiarē excitare atque augere. Ad eruditionis laudem fortunæ amplitudinem adiungere. senectutem a pauperie & solitudine uindicare. Quærere uaticum obrepenti senectuti. Industrium ac diligentem in paranda re domestica esse. stabilire atq; augere rem familiarem. Quærere diuitias ad ulciscendam inimicorum inuidiam. Incumbere in eam cogitationem, ut dignitati par gloria, gloriæ par fortuna parta uideatur. Illustrare iacētis familiæ ignobilitatem opum affluentia. spem omnē in fortunæ opibus ponere. Effingere se ad formicariū industriā, quæ æstate alimentu, quo hycme aquilone seuiente sint u suræ, magno sibi labore prospiciunt. Laboriosis exercitationibus uictum quærere.

## Rem familiarem prodigere.



**M**PEVRVS HELVO REM domesticam bene cōstitutam perturbat, & agrorum possessiones à maioribus relictas disperdit atq; dissipat: nec minus in alieno patrimonio est nepos, q̄ in suo. Primam hic ætatulā ad scurrarum locupletū libidines detulit, in stupris uolutatus omne patrimonium antelucanis comessationibus exhaurit. In-  
i. iij.

Rem do-  
mesticā de-  
coquere.



saturabile abdomen, gurges ac uorago uniuersum  
 patrimonium in libidinibus & scortis belluatus est.  
 Furiosissimus & egentissimus ganeo meretricijs lu-  
 xuriosisque sumptibus est exhaustus. Impotens scor-  
 tator profusis sumptibus magnificum ornat con-  
 uuium: domum pudori & sanctimonie habet clau-  
 sam, patentem uerò, atque aded expositam cupidi-  
 tati & uoluptatibus. Hunc profusa rerum omnium  
 luxuria, huc amores, hunc libidines occupatum im-  
 peditumque tenent. Non enim parsimonia, non con-  
 tinentia, non uirtus, non labor, non ulla officij reli-  
 gio à profusa & omni memoria inaudita luxuria  
 continere hunc potuit, aut saltem familie splendor  
 tueri contra antelucanas lucubrationes, luxumque  
 prodigiosum: adeo enim & natura & studio ad eas  
 se libidines exercuit, ut bonorum pestis, patrimonij  
 decoctor, ciuium uexator, uirginum corruptor, ciui-  
 tatis macula ac ruina esset. Gyges & belluo na-  
 tus abdomini suo non laudi atque gloriae. effusissi-  
 mam prædam, quam ex fortunis sociorum exhau-  
 serat, profundæ eius libidines deuorarunt. Omnium  
 hic fortunæ abdominis uoluptates antefert. Quod  
 enim adeptus per fraudem, nequitiam, scelus est, id  
 per luxuriam effundit atque consumit. Fortunas  
 suas atque famam scortorum libidini committit.  
 Hic libidine, turpibus cupiditatum impensis atq; ia-  
 cturis lautissimum patrimonium consumpsit. In-  
 solenter belluo inuasit in alienas fortunas, in alie-  
 nas copias se ingurgitauit, patrimonium suum uni-  
 uersum luxuriose effudit. Ad nullam hic se spem

constituendæ rei familiaris, quam absorpsit, confe-  
 ret unquam, sed ad præsentem pastum mendicita-  
 tis suæ se referet. Argentum, ueste, supellectilem om-  
 nem ille belluo dissipauit. Voluptate ac luxuria  
 dirigere omnia & tueri, & simul uirtutē colere ne-  
 mo potest. Lautissimus ganeo unguetis oblitus, uino  
 uigilijsq; lægidus, omnia in stupris depdit, profum-  
 dit, cōsumit. Nihil neq; priuati, neq; publici, neq; p-  
 fani, neq; sacri habet, qd nō ille per auaritiā, per uo-  
 luptates perdat atque consumat. Vniuersas hic ne-  
 pos rationes suas ad eos uoluptatum ac libidinum  
 scopulos appellit, in quibus aliorum afflictam nauē  
 fortunarumque naufragium uidet. Omnia indu-  
 striæ subsidia, omnia uirtutis instrumenta in uolu-  
 ptatum illecebris consumit. In uino, alea, comeffa-  
 tionibus, scortis, balneis, unguentis oblitus, stupris  
 debilitatus, quæ longus parentum labor, longa soli-  
 citudo dedit, assentatoribus, momis & scortis. pro-  
 fusa largitione condonat: non sollicitus quàm graui-  
 ter à creditoribus prematur, dū uersuram facere li-  
 ceat: quanuis nunquam in ueteri ære alieno uacil-  
 lans, ex magnis & perpetuis miserijs sit emer-  
 surus. Cum diues honeste uiuere non possit uoluptatu cu-  
 piditatibus irretitus, inopia ac egestate disrupti, at-  
 que inter fœdissimas naturæ sordes perire mauult.  
 Patrimonium effundit inconsultè largiendo. EX-  
 HAVRIT enim profusa rerum largitio benigni-  
 tatis fontem. Rectè Cicero monet, non ita clauden-  
 dam esse rem familiarem, ut eam benignitas aperire  
 non possit: nec ita referendam, ut pateat omni-

bus. Largitio enim fundum nō habet. Omnis hu-  
ius belluonis uitæ industria & uigilādi labor in an-  
telucanis cœnis expromitur. Decoctis turpiter re-  
bus domesticis, isfelix nepos, uadimonijs, iudicijs, bo-  
norum proscriptionibus defatigatus animo læguet.

Cauēdum ne ullo loco aut tempore maior nostra  
sit benignitas, quā facultas: tum ut pro dignitate  
cuique tribuatur. Homo effuse prodigus epulis &  
uiscerationibus, gladiatorum muneribus pecunias  
uniuersas, & quicquid æris fuit, profudit. Bene-  
ficia sua & fortunæ opes in improbos & ingratos  
qui cōfert, prorsus quod dedit, temerè perdit. Pru-  
denter Ennius: Benefacta, inquit, malè collocata, ma-  
lesacta arbitror. Veteres præcipiebant habendam  
esse rationem rei familiaris, quam quidē delabi si-  
nere flagitium esse iudicabant: sed ita, ut illiberalita-  
tis auaritiæq; abesset suspicio. Idem eum, qui sce-  
cundum & fertilem agrum non diligenter coleret,  
multandū esse putabant: propterea quod Reip.  
interfit, ciuium opes atque fortunæ augeri atque  
conseruari.

## Infamiam con- trahere.

Infamiam  
contrahere:



EMPITERNAS FOEDISSI-  
mæ turpitudinis notas subire. Nefa-  
rias libidinum contumelias turpitudi-  
nēsque subire. Infigere alicui uitæ, no-

minisque infamiam. ut, quæ præclara in patriam,  
in Reipub. libertatem propugnandā studia immor-  
talem Cicero gloriā dederunt, ea sempiternam  
seditiosissimis Coss. Pisoni & Gabinio turpitudinem  
influxerunt. Crimen, infamiam, iudiciūque in se  
conflare. Esse in obscænis. summam inuidiam sibi  
conflare. quod illis accidere solet, qui temerario ani-  
mi impetu, ac quodam obtrectandi studio de aliorū  
ingenijs iudicium facere audent. Animi uitia con-  
glutinare. Volutari in naturæ sordibus atq; obscœ-  
nis, omniumq; oculos atque animos in sui contem-  
ptionem conuertere. Infamiam ac fraudem conci-  
pere. Catilina in Reipub. uiolanda atq; euertēda in-  
expiabiles fraudes concepit. Contrahere culpam, no-  
xam, infantia, nequitia, petulantia, libidinis, auari-  
tiæ maculam. Magnā inexplēbilis cupiditatis ma-  
culam in spoliandis siculis Verres sibi cōtraxit, gra-  
ue infamiae dedecus in se admisit, perpetuo sciorū  
Popul. Rom. odio se obstrictum fecit. Calumnias, cō-  
uitia, seditionem omnium in se concitare. Grauem  
certorum hominum seditionem, odium, inuidiam in  
se M. Tullius nimio patriæ conseruandæ studio in  
suam perniciem concitauit. Tranquillitatem publi-  
cam seditione, publicaque omnium offensione per-  
turbare. Vitæ turpitudine ac scelere obstringi. Ne-  
mo uoluptati illiberali studere potest, qui idē magno  
se scelere ac nequitia obstringat ac contaminet. Ma-  
ledicendo seditio seq; omnia agendo nominis famam  
ac prædicationem contaminare. sic etiam dicim⁹,  
Contaminat uitæ innocentiam laudēq; prohibet

tis turpissimorum hominum consuetudo. Labefatur honor eorum congressionibus, qui non solum à probitate animi, sed ab omni uirtutis opinione sunt remotissimi. Conuellitur nominis nostri existimatio, quoties de uitæ nostræ statu, de ingenij moderatione, de animi magnitudine deiectione, in turpitudine dilabimur. AEGRE studij sui ac gloriæ cursum sempiternum cōsequuntur, qui præsentis uoluptates magnarum artium studijs anteponunt. Non datur ad honoris, fortunæ, gloriæ ei excursus, qui uoluptatum illecebris implicatus, ad metas ueluti hæret, & contestatam studij magnitudinem relinquit atq; abiicit. Concipere infamiam, dedecus, fraudem, uitæ innocentiam in fraudem malitiâque conuere. Catilina totum se à publicis honoribus, à cōsulatus petitione in patriæ ac ciuium perniciem magnis conatibus conuertit. Commodus Imperator à præclaris rerum gerendarum studijs in uitæ turpitudinem, uoluptates, infamiam, patritiorum hominum cædem ac calamitatem se conuertit. De honoribus deiici. Nihil tam uehemens ad animi dolorem, nihil tam diuturnum ad ignominie labem, nihil tam abiectum ac sædum ad contemptum, quàm de honoribus per scelus & culpæ conscientiam deiici. De officio ac dignitate discedere. Non sunt ferendi, qui cum aliorum mores sibi corrigendos assument, ipsi ab officij religione uitæq; dignitate discedunt. Ab officijs & honoribus declinare. Vt periculosum est, quem semel uitæ cursum non omnino infeliciter cōstitueris, in cuius perpetuitate tibi cōsta

res, ab eo in turpem aliquam consuetudinem declinare. Ab summa integritate continentiaq; in nequitiam adduci. Libidinibus sese sprete uirtute dedere.

Nefarijs sceleribus criminumq; infamia se cooperire. Largitionibus de fide, de probitate, de uitæ innocentia abduci. Expugnare pudicitiam, abijcere dignitatem explendæ libidinis causa. Deformare in rebus priuatis moderationem, dignitatem, liberalitatem: in publicis, splendorem. Vitæ splendorem scelerum turpitudine delere. Luxuria & lasciuia ad perniciem erumpere. Graui & diuturna flagrare infamia. Eicere ruborem animiq; uerecundiam. Conscientiæ labe in animo habere.

## Falsam laudem quærere.



ASSENTATIUNCULA AV cupari gratiam. Laudem popularem honorisque lucem appetere. Omnia ad superbam, friuolam, inuerecundam ingenij ostentationem facere. Inanem & falsam gloriam, quæ iustæ laudis gratiam corrumpit, spirare. Insolenti prædicatione ingenium iactare. Hominum rumusculos aucupari. Ventum popularem quærere. Omnes rumorum uentos colligere. Conferre studia omnia ad petendos honores, ad

Falsam laudem quærere.



excitandam admirationem, ad captandam ingenij laudem. Existimationi suæ ac gloriæ falsæ laudis commendatione seruire. Insolentius & cum aliorum fastidio se ac sua oia efferre. Cupide affectibus suis blandiri. Omnia naturæ ingenijq; instrumenta ad laudis iactationem conuertere. Præ se omnes arroganter despiciere. Nullum sui ostentandi finem ac modum facere. Falsæ laudis prædicatione omnium ora atque aures implere. Vulgi admirationem, indoctaq; plebis plausum atque acclamationem affectare. Flagrare cæco sui amore.

## Conciliandi & studij deferendi.

Conciliare:



**N**ihil tam populare, quam excellentium hominum gratiam, uel beneficio retinere, uel officiorum commendatione acquirere. proprium enim uirtutis est, conciliare si bi hominum animos atque uoluntates: nec aliunde maior, uel illustrior uitæ dignitatisque conciliatio petitur, quam cum à pietate & ueneratione in patres ac magistratus, tum uerò beneuolentia in ciues: nec aliud frequentius in consultationibus, in hominum congressionibus, in epistolis suademus, quam ut eorum nobis gratiam conciliemus, quorum aucto-

ritate dignitas & fortunæ nostræ nituntur. Qua in re multò antè statuendum, quibuscum conciliationem amicitiae inire uelimus, ne si iudicio usi non fuerimus, temerè ab amico disfluere cogamur. sed conciliandi elocutiones hæc ferè sunt selectiores.

**A**L LICERE SENSVM BENEVOLENTIÆ & HUMANITATIS. Conciliare gratiam. Beneuolentiam gratiosi hominis summo studio atq; ueneratione colligere. Necessitudinem uitæ atq; amicitiae cum aliquo constituere. In alterius se fidem & clientelam conferre. Beneficijs homines obstringere. Ad beneuolentiam se conferre. Conglutinare amicitias. Nam si utilitas, inquit in officijs Cicero, amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolueret. Corroborare amicitiam. Tueri conglutinatam concordiam. Magnas utilitates adipisci hominum conspiratione ac consensu. Necessitudinè cum aliquo coniungere. Gratiam principum uirorum consequi. Patroni fidem atque auctoritatem conseruare. Amicitiam instituere. Amicitiae humanitatiq; suæ constare. Amicitiam illustrare ac gratia augere. Contrahere amicitiam atq; beneuolentiã.

Virtus, ait Cicero, stabiles firmissimãsq; contrahit amicitias. Societatem facere. Studium, officium, operam, facultatèsq; suas exigendæ amicitiae studio largè alicui polliceri, atq; benignè deferre. Magno studio ac ueneratione ad uoluntatem conciliandam incumbere. Inire gratiam: & inire ab aliquo gratiam. Appetere amicum. Conciliare plebis uoluntatem. In amicitiam se conuertere. Beneuolenti-



am officij alligare. In fidem alterius & amicitiam confugere. Vitæ atq; amicitie societatem cōflare.

In optimorum ciuium gratiam se conferre. Studia sua & rerum omnium cōmunitatem in aliquē conferre. Confirmare amicitiam. In officio atq; potestate senatus esse. Nullum officium erga te hominis amantissimi, diligentissimi, fidelissimi prætermittam. Ego ut debeo, ut me dignitas utilitasq; cogit, ad tuas me rationes adiungam, ad tuam me uoluntatem confirmabo. Totum me ad huius optimi uiri bene de me meriti uoluntate nutumq; conuertam. Amplectar aded libenter tuam familiaritatem. nam ante hunc diem non sum in tuam me consuetudinem, quam meus mihi pudor clausit, ausus insinuare. Omnem tibi meam gratiam atq; industriam ad amplitudinem tuam illustrandam conuertam.

Ego me ad omne mandatum tuum auctoritateq; conformabo. Omnes beneuolentia comparandæ causa benefici esse debemus. Tandem hostilis inimicus inuidia disruptus, fractusq; uindictæ impotentia ad amicitiam se contulit meam. Vitæ studijsq; dissimilitudo non patitur hominum uoluntates conglutinari, id est, amicitie consuetudine deuinci. Non modo non exulcerare inconstantis amici gratiam, sed eam labentem officiorum commoditate conciliare moderati est uiri. In amicitia colenda eam nos habere rationem oportet, ne utilitatem potius, quam officium spectare uideamur. Plerique enim emolumentis amicitias conciliant. Enitendum dignitatis studio uiro; ut in optimatum ac principu uiuorum fami-

liaritatem se dedat. Tecum me perpetua societas amicitiaq; coniunxit. Liberalis est hominis ad populi, ad ciuium, ad senatus partes se dedere. Vnusquisque studio sibi & suffragio uiam ad beneficium impetrandum munire debet.

## Deferendi studij

clausulæ aliquot post petitionē.

**Q**UA IN RESITVAM MIHI declares beneuolentiam, incredibile tibi amorem, omniaq; summa & singularia studia libenter debebo & præstabo. Et quoniam fortem nominis pugnationem suscepisti, libenter gratiam meam omnem atq; industriam uicissim ad amplitudinem tuam illustrandam conferam: daboque operam, ut ad mandatum tuum omne auctoritateq; me uidear confirmasse. Quoniam causam meam suscepisti, uelim hoc tibi de me pollicearis, nullum fore laborem, qui in tuis mihi rebus non sit gratissimus futurus. Omnes certe omnium criminationes, pericula, insidias, damna pro salute tua leuia duco. Hoc tibi uicissim polliceor, semperque præstabo, si quod ingenio, labore, diligentia possum, totum me illud ad amplitudinem tuam conuersurum: neque ullam rem, quæ quædam ad te pertinet, & à me committi possit, futuram unquam, in qua non ego uel uitæ periculo faciam omnia, que te uelle arbitrabor.

k.i.

Deferre fin  
dium.

In retinēda amicitia nostra atq; colēda sic cōtēda atq; elaborabo, ut ōnibus amplissimis reb<sup>9</sup> dignus uidearis. Operam tibi meam, inquit Cicero, sine ulla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut temporis polliceor: gratiam autem atq; auctoritatē cum hac exceptione, quantum ualeam, quantumq; possim.

## Abalienandi.

Abalienare

**D**ISTRAHERE ALIQUEM ab amici cōiunctione atq; gratia. Dirimere societate. Violare amicitia atq; dignitate. Cōiunctissimos studiū uitaq; socios abalienare. Abijcere amicissimi hoīs cōsuetudinē, uenerationē, atq; auctoritate. Abducere aliquē in odiū & inuidiā. Benignū amici studiū in cōtēptionē adducere. Ardere ueteris amici indignissimē abiecti odio atq; inuidia. Cupide inimicitias appetere. Claudere cōsuetudinē, benignitatē, gratiā. Suspicionibus & maledictis amici uolūtate a se auertere. Inuidia apud amicū ueterē cōflagrare. Collectā gratiā hoīs florētissimi temere effundere, atq; ab amoris cōstātia deficere. Diffluere ab amicitia. Amicitias deponere. Omnium inimicitias suscipere. Laudis dignitatisq; alienae atq; fortunae inuidia odiū in oēs concipere. Ex honoris ambitione inimicitias cōcipere. Alere cōtrouersia. Audaci temeritate dissensionē, seditionem, inuidiam

cōmouere. Furorē, rixā cū amico cōmittere. Affligere amicitia. Adferre aliquē in odiū. Animorū cōtentione, nō opinionum dissensione ab amico temere discrepare. Dissociare animos & amicitia. Dissoluere animos, societate, amicitia. Inimicitias exercere. Simultates suscipere. Stomachari omnia. Sumere offensionē ut amico indigneris. In odiū uocare. Amicitiam inuertere, frangere, extinguere. Cōtentionē adhibere, iacere, uocare. Infestū calamitosissimū amici casum contemptiōne afficere. Qui me faciendo atq; benē predicando in cōmuni causa retinere debebat, contumeliose abalienauit.

SVNT AUTEM INSIGNIORES huius generis eiusmodi quaedā sententiae: Priuatae utilitatis studiū amicitia funditus euertit. Amicitia extincta potius q̄ oppressa uideri debet. Amicitiae sūt remissione usus leuadā, & ut Cato dicere solebat, leuiter dissuadā. Multi falsae laudis cupidi officiosam amicitia noīe inq̄nat criminoso. Quonia is amicorū est usus, ut cōmune commodum mutuis gubernetur officijs, cauedū, ne amicitiae religione uenerationēq; indignē abijciam<sup>9</sup>. Quādo remuneratiōe amicitiae nihil est honestius, nihil studiorū uicissitudine iucūdius, nihil officiorū societate utilius, cōmittēdū nō est, ut eā animi uitijs inq̄nem<sup>9</sup>. Lux ac uita sūt indigni, q̄ fidē & amicitia, duas res sanctissimas, uiolāt. Amicitijs huāna uita ac cōcordia cōstat: eas q̄ extinguit, humanitatē odisse uidetur. Hostis est humanae societatis amicitia q̄ iniurijs affligit, p̄pterea q̄ nihil est tā cōueniēs ad res secundas, uel aduersas, q̄ amicitia.

# Petendi & ro- gandi.

Petitio qua  
lis esse de-  
beat.

**P**ETITIO IN OMNE CAUS  
sæ genus incidit, frequentius tamen in  
epistolas. Cogimur enim in delibera-  
tionibus sæpe rogare cõsultantes, ut rē  
quæ proponitur, intueri uelint: quæ ad-

modū in iudicijs omni gratia cõtendimus, ut iudica-  
turi causæ æquitati fauere uelint. In cõgressionibus  
& omni ciuili uita, quæ officiorū cõitate cõstat, cre-  
berrimus petitiõis est usus. Huius legē Cicero in dia-  
logo de amicitia facit, ut honesta ab amicis petam⁹,  
amicorūq; caussa honesta ipsi faciamus iuxta puer-  
biū: Obsequendū amicis, sed usq; ad aras. Indicabat  
hoc Agesilaus prudētissimus Lacedæmoniorum rex:  
quē cū quidā importunē pmissi moneret, si hone-  
stū est, inquit, & cū utriusq; dignitate cõiuctū quod  
efflagitas, pmissi: sin minus, respōdi tibi, nō pmissi.  
Ille uerò improbus efflagitator ægreferens sic spem  
suā delusam esse, Atqui decet, inquit, regem quæ uel  
capite annuerit, præstare. cuius orationis indignita-  
tem retorquens rex, At uicissim, inquit, a regibus ho-  
nesta sunt petenda, ne maioribus illi rebus occupati  
imprudenter concedant, quod honestē impetrari ne-  
queat. Videas enim hodie plerōsq; cæci cupiditate  
ac intolerabili ambitioe inflammati, in eā impudētiā

Que in pe-  
titione ob-  
seruanda.

dilabi, ut præ nimio eius, qd petūt, cõsequēdi studio,  
nullā uel officij, uel honestatis habeāt rationē: cuius  
quoniā præclarū in Agide rege extat exēplū, refe-  
retur paucis admodū a nobis. Is enim rogātib⁹ pa-  
rentibus, ut causse iniustæ ppugnationē susciperet, Agis:  
anteferrētq; laborātis amici cõmoditatem honesto  
publico: Vos me, respōdit, docuistis rebus oibus iusti-  
tiā atq; honestatē antepone, nec ulla ab ijs uirtu-  
tibus uel corporis calamitate abduci oportere: & p  
inde q̄ docuistis faciā, quæ nūc suadetis non sequar.  
Maluit nimirū uir ille diuina mēte prædit⁹, parētes  
q̄ deos offendere. Nō igitur ab amicis petamus, qd  
cū honestate, cū morib⁹ bonis pugnet. sūt aut eiuf-  
modi petitiõis formæ admodū familiares Ciceroni.

ILLVD AMORIS EST MEI, QVEM  
iam inde ab ineunte ætate susceptū nō seruauī solū,  
sed etiā auxi, admonere scilicet te, aut potius roga-  
re, ut omni cogitatione atq; cura in Remp. incūbas.  
Te rogo causam meā agas, meq; tibi in omnes par-  
tes defendēdū putes. A te pro nostra coniunctione  
peto, ut meas iniurias, quas mihi improbissimi hoīs  
psusa neqtia inussit, perinde doleas atq; ulciscaris,  
ut tuas psequi soles. Oneris tibi iponere nec audeo  
quicq; nec debeo: hoc tamē a te si pateris, gratia cõ-  
tēdo, ut qcqd studio, beneuolētia, auctoritate effia-  
re poteris, totū id ad ratiões meas tuēdas cõferas.  
Nullā mihi maiore uoluptatē adferre, aut pleniore  
gratia tibi me obligare poteris, q̄ ut meis a te ra-  
tionib⁹ pspectū esse cognoscā: qd ut facias a te ma-  
ximope peto. Te oro, ut sicut amicitia nostra & si  
k.ij.

des tua postulat, oibus me modis ornes. Hoc te uehemēter etiā atq; etiā rogo. Peto à te, ut me rationē habere uelis & salutis & dignitatis meae. A te peto ut dignitati meae suffrageris: & quarū me rerū spe ad labores, ad studia, ad laudē uocasti, earum quoq; fructu iucūdiſſimo facias alacriorē. Quaeſo à te obtestorq; ne tam imbecillo sis animo, ut meis te uel officijs, uel amore uinci patiaris. Per nostrā te amicitia oro, ne ppter falsas aliorum calunias tui erga me amoris uoluntatisq; ppenſionē abijcias. Te etiā atq; etiā p nostra summa neceſſitudine, proq; tua i me humanitate, meaq; in te summa & ppetua beneuolētia maiorē in modū peto atq; cōtēdo, ut laudi meae atq; dignitati seruias. Vt mea tibi salus curae sit, ut oia quae me uelle ſcis, esse solēt, te uehemēter etiā atq; etiā rogo. Peto à te maiorē in modū, ut oibus in reb<sup>9</sup>, q̄tū tua dignitas, fidēsq; patitur, utilitati tibi<sup>9</sup> meis seruias. Illud te, inq; Cicero ad Quītū fratrem, extremū oro, ut tanq̄ poētae boni & actores industrij solēt, sic tu i extrema parte & cōcluſiōe muneris & negotij tui diligētissimus fuisse uidearis. Te aut p mea ppetua i te obseruātia rogo obtestor que, ut in hac caussa maiorē rationē uolūtatis meae habere uelis, q̄ uel iudicij, uel cōſtātie tuae. Pro mea ppetua cupiditate uestrae dignitatis retinēda et augete q̄ ſo obtestorq; uos, ne i dignitate mea ppugnāda plus apud uos ualeat odiū maleuolorū, q̄ studiū optimorū hoīm. Hanc occasione bene de oibus merendi uobis oblatā tenete, p deos immortales, signū date populo, uestrum consilium non deesse populo.

## Commendandi.

**A**D GENVS QVOQVE DELI comēdatio  
beratiū p̄tinet comēdati ratio. Comēdam<sup>9</sup> aut partī res nostras atq; causam, partim uero amicorū. Comēdatio rei nostrae eiusmodi fortasse erit:

**T**IBI negotia mea, opes, fortunāsq; oēs comēdo, tibi cōmitto existimationē ac spem reliquae uitae. Ego ius causamq; meā i tua fide atq; religiōe depono. Ego in tua me potestate, tutela, ac fide pono atq; p̄mitto. Oia mea iura, comoda, auxilia, fortūas, famā deniq; in tuo arbitrio, in tua auctoritate, in tua sentētia colloco. Suma à te gratia cōtēdo, ut oibus in rebus causae meae defensionē suscipere uelis &c. A te peto, ut uolūtate tuā ad studia mea p̄uehenda deferas: & quaecūq; meae dignitati utilitatq; cōducere arbitreris, tāto facias studio, quāto in reb<sup>9</sup> meis te fuisse, & esse cognoui: quae ad te pertinebunt diligēter curabo. Tibi uelim psuadeas, nihil me diligētiorē cura, studio maiore, animo cupidiorē à te petere, nihil te mihi uel gratius, uel honorificētiorē facere posse, q̄ si opibus tuis atq; suffragationibus in cōsulatus petitione me iuueris: quod ut studio tibi esse uelit, pro mea perpetua in te beneuolentia rogo. In L. Bibulum: causam finiu regundorū apud uos habeo graue, difficilem, cōtrouersam: hanc sic tibi comēdo, ut maiore studio nequeā. Quae in pro.  
k. iij.



uincia habeo negotia mea summo tibi studio comendo: tibiq; psuadeas uelim, omne meum per fugium in his afflictæ fortunæ reliquijs, in tuo positum esse praesidio. Cū in tua prudentia ac fide maxima Reip. spes sit, fac quæso, ut ad oia summa cōtēdas, & cū meā, tū eorū ppugnes fortunā, quibus auctōribus ad hoc summū honoris fastigiū fueris euectus. Non dubito, quin siue hac admonitiōe mea, quæ naturæ tuæ est facilitas, studiose oia sis facturus: si tamen leuis ad monitiō à me tanq̄ curreti calcatr adhiberi debeat, sic uelim existimes, gratius te mihi facere non posse, q̄ ut rationes meas oēs tuearis. Maius mihi dare beneficiū nullū potes, q̄ ut te gratissimū, humanissimū, liberalissimū in me hoc tempore cognoscā. q̄ ut facias sic rogo, ut iustiore de causa rogare nihil possim. Magnope à te peto, ut ad illā uolūtātē, quā in me amicā & beneuolā cōferre cōsueuisti, q̄ maxim⁹ nūc in hoc negotio suscipiēdo cumul⁹ accedat.

## Alterius commendatio.



PROPRII QUIDAM COMMENDANDI sunt loci ab officio, à cognitione, à beneficijs, à personarum adiunctis, ut iustius in reb⁹ alienis amici operam flagitare uideamur. ut, nihil est ex rebus omnib⁹, quod gratius mihi esse pos-

Comendatio alterius

sit, quā ut huius dignitatem sic tuearis, ut beneficii memoria sempiterna tibi se obstrictū esse cognoscat. Est enim hic uir cum imprimis inter suos nobilis, & honestus, tum uerò propter singularē in omnes beneuolentiam beneficio tuo dignissimus.

Hircius noster, qui ad te uenit, uir est summo ingenio, prudentia, integritate, uirtute singulari: ut eius tibi negotia commendarem fecit illius in me maxima & opportuna beneuolentia. quare uelim quicquid in te est studij, laboris, consilij, ingenij: quicquid auctōritate, fide, constantia poteris, id uniuersum ad illius negotia, quæ istic plurima & magnis implicata cōtrouersijs habet, illi pollicearis & deferas. Magnopere à te peto, ut hic intelligat meam commendationem maximo sibi apud te & adiumento & ornamento fuisse. Amicitia nostræ fiducia peto à te, ut nullū studij officijq; munus in hoc meo liberta augēdo prætermittas: quod eò studiosius facies, quo mihi es charior. Urbanum nostrum omnibus officij humanitatisque partibus studiosius tibi commendarem, nisi certo animi mei de tua fide, de excellentibus uirtutibus iudicio mihi persuaderem, quantum diligentia, suffragatione, auctōritate possis, tantum te studij ad illius dignitatem augendam collaturū.

Puerum ad te mitto meum, cui sic uelim hospitij ac fortunæ tuæ cōmunitatem deferas, ut nullū in te neque officium, neque studiū desiderare possit.

In hoc uiro tuendo nolim ullam tibi sollicitudinem residuam esse. Gratissimū mihi feceris, si uiri huius dignitati suffrageris, atq; omnia, quæ ad illū

nouo honoris splendore augendum illustrādūque pertinēbunt, summo studio suscipias, & defendas.

Cum hoc Galba summa mihi est cōsuetudo cum meis in illum officijs, tum uerō singulari illius beneficio constituta. Hic cū intelligeret in aliqua me gratia atque auctoritate apud te esse, uoluit meis quoque literis tibi fieri commendatior. Quare ut eum tuis opibus, studijs atq; auctoritate, qua apud ōnes plurimum uales, augeas atq; ornes, maiorem in modum à te peto atq; gratia contendo: hoc tuū officiū ita gratum mihi erit, ut maius à te mihi beneficiū dari posse non sperem. Lætum tibi sic commendo, ut quicquid in te amoris erga me tui residet ac beneuolentiæ, id totum in illum, cuius gloriæ ac fortunis mirabiliter faueo, conferas: quod te facturū & mea, & illius causa confido. Officiosius communem hunc amicum tibi commendarem, si ullius apud te auctoritas maior q̄ illius esse uel propter illius uirtutem, uel propter familiæ dignitatem, uel meam in te beneuolentiam deberet. Furniū, nostrū singulari studio atque gratia tibi commendo. habes enim à me tibi oblatam causam, qua & tuam illi uirtutem, & meam uoluntatem, utriusq; uerō coniunctionem declares: magnopere etiam mea refert, omnibus illum tuis rebus uti ut meis. Nā studiorū societas similitudoq; ab ineunte ætate nos coniunxit: & eius postea incredibilem in asperrimis salutis dignitatēq; meæ periculis curam perspexi: quare eum tibi maiore studio commendare nō possum.

Qui literas tibi meas adfert, eū sic uelim omnibus

officijs tuis iues, ut nullum tempus neque diurnū, neque nocturnum de eius dignitate cogitandi faciendūq; quod agendū sit, dimittas: idq; non modo recuses, sed appetas etiā atq; deposes: desque omnino operam, ut nemini in illius causa suscipienda & defendenda studio cupiditateq; cōcessisse uidearis.

Cum in hoc homine summa reipublicæ ratio, religio priuati officiū, singulare uerō dignitatis tuæ retinendæ studiū fuerit, erit humanitatis tuæ, uel potius beneuolentiæ erga me tuæ, nulla in re, quam quidem cōficere possis, illius cōmōditatibus deesse.

Hunc unum cū propter uitæ dignitatē, & eximium in Reipublicam animum, tum propter summam officiorum necessitudinem studiose tibi commendo. si Camillum summa humanitate uirū, & mea tuāque amicitia dignissimū humanissimè tractes, id mihi tam gratum erit, q̄ quod gratissimū.

Gratissimum mihi feceris, si libertū meū omnibus rebus integrū incolumemq; esse uolueris: cuius studia, rem domesticam, fortunas tuæ fidei, iustitiæ, bonitatiq; commendo. A te maiorem in modum peto atq; contendo, ut quantū te facere posse, & mea causa libenter facturum arbitror, tantum studiū, diligentia, præsidij conferas ad Læliū ornandū: ut ex mea commēdatione q̄ maximas mihi gratias agere possit. hoc cum mihi gratissimum feceris, tu uerō honestissimum uirum & tua necessitudine dignissimum summo beneficio in perpetuum tibi tuisq; deuinxeris. Ipsum tibi commendo, maioremque in modum à te peto, ut rem utilitatēque eius per te

quàm maximè defensionem & auctam esse uelis : ut quantum ipse sperarit utilitatis, tantum illi hæc mea commedatio attulisse uideatur. Omnes tibi bonos uiros adiunxeris, mihiq; rem gratissimam feceris, si quæ ad te pertinebunt officia, omnia in Lipsium nostrum contulisse uidearis. Vehementer mihi gratum feceris, si Lipsium amicitia, beneuolentia, humanitate tua, quæ singularis est, comprehendere: atque ad id, quod tua te causa libenter facturum existimo, addas cumulū commendationis meæ. quicquid enim ei commodaueris, erit mihi maiorem in modum gratum. Tu uelim commendationi huic meæ quàm plurimum tribuas: & hunc Lipsium quibuscunq; rebus honestè ac pro dignitate poteris, iuues atque ornes. Hoc enim tibi ex gratissimis & humanissimis illius moribus confirmo, quem soles fructum ex optimorum hominum studijs metere, eum te ex huius gratia capiturum: hominemq; cogniturum cum summa probitate, humanitate, obseruantia, tum uerò gratia fidelissima. Peto à te tanto studio, quāto intelligis me petere debere pro homine necessario, ut huius negotia explices cum iure, tum etiam auctoritate & consilio tuo: id mihi iucundissimū eius causa, quæ tibi ego summa necessitudine & coniunctione adductus comedo, & nostro amore dignissimū putabo.

**ELEGANS** imprimis est comedatio, quæ solepsim habet. Quam non libenter incredibili tua humanitate ad amicorum fortunas augendas abutor, hūc tamē iustissimis de causis uel dignitatis, quam amplissimam consecutus est, uel humanitatis, uel illius

Prolepsis

in me beneficij tibi commendo: petoq; à te maiorem in modum, ut res eius omnes sic ornes, ut gratias utriq; habere uelit immortales. Et si hic à te sic tractatur, nullam ut commendationem meā desideret, tamen pro mea perpetua in te ueneratione à te peto, ut omnibus illum tuis officijs ac liberalitate complectare: quare maximo me beneficio auxeris, si dederis operam, ut is intelligat hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse. Dabis hoc amori nostro, uel uoluntati meæ, ut Bibulum, quicum mihi constituta amicitia ad summā beneuolentiam peruenit, quā diligentiissimè tuaris ac propugnes: proque eo ornando nullos nec labores, nec contentiones, nec sollicitudines subterfugas: quod & mea in illum beneuolentia, & hominis ornatissimi splendor à te impetrare debet. Plenæ eiusmodi elocutionum sunt Ciceronis epistolæ.

## De consolatione

**E**ODEM REFERTVR ET CONSOLATIO, qua afflicti amici dolorem & solitudinē alleuauit: hortaturque ut animum ab omnibus angoribus atque molestijs abducat. quod quoniam in rebus aduersis & afflictis fieri frequenter solet, erūt in eam sententiam formulæ communes ex optimis quibusque auctoribus colligendæ ad hunc ferè modum:

Consolatio.



## Malis affligi.

Miser &  
calamitosus

**F**ORTVNÆ ARBITRIO periclitari, agi, frangi. Multis incommodis difficultatibusque affici. Indignissimam fortunā inimicorum odio atque oppressione subire. Premi malorum inuidia, fortunisque spoliari. In calamitate tabescere. Infortunio obstringi. Calamitate deuinciri. Malis alienis laborare. Ex morte uxoris grauissimo doloris uulnere percuti. Pericula ingredi. Ab excitata fortuna ad inclinantem & propē iacentem descisci. Deuenire in medium omnium rerum discrimen. Incidere in perturbationem omnis tranquillitatis. Improbissimorum hominum audaci temeritate in graues incidere ærumnas. Malorum cōcursatione mactari. Inimicorum inuidia indignissime deprimi ad supplicium. In maximos luctus fatorū acerbitate incidere. Grauissimis & acerbissimis aduersæ fortunæ flatibus miserè iactari atque affligi. Obrui malorum turba. Concidi ui frigorū & cōtabescere. Calorum molestia exuri. Magnis rerum asperitatibus affligi. Improborum hominum exagitari furore & depelli ad exitium. Miserrimi mortalis casum horribilem subire. Tanta iniuriæ acerbitate excrucior, ut non modo persequēdi iuris mei, sed etiā deplorandæ calamitatis mihi adempta sit potestas. Fortunæ in me crudeliter sæuientis acerbitas

animum spēmque omnem debilitauit. Coniurationis fluctus à publicis exitijs depulsi in me rediunt darunt. Animus me reliquit doloris uictum debilitatūque magnitudine. Miser hic homo æfaria inimicorum prodicione, falso perfidorū ac leuium testium conuitio, criminationum denique inuidia conflagrat. Ea est malorum acerbitas & quedam perpetua miseria, ut spem omnem & rerū & fortunarū abicere cogar. Magnum & acerbū dolorem omnium ciuium animis inusserunt Clodij iniuriæ. Multitudinis odio, ciuium criminationibus, omnium bonorum imprecationibus premi atque lacerari. Perturbato animo extimescere. Acerbissimo luctu ignominiaque diuexari. Regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciunt ad misericordiam. Tanta mihi obicitur calamitas, ut quō me uertam prorsus ignorem. Comuni mœrore angi. Mœrore ac lachrymis consensescere. Angi uxoris molestia, quotidianis querelis, rixa assidua. Versantur in animo meo multæ & graues cogitationes, quæ mihi nullam partem neque diurnæ, neque nocturnæ quietis impertiunt. Magnam animo molestiam capere. Impediri dolore animi. Nulla reliqua salutis spes residet. subire indignissimam fortunā. Animo fracto esse atque afflicto. Mēs debilitata metu cōcidit. Distineri dolore & diuelli, Magnum luctum haurire. Nihil tam miserum est, quod nō in nostram cadere fortunam uideatur. Vita nostra omnibus fortunæ telis, nocentissimorumque hominū insidijs obiecta est atque propōsita.



# Prospera fortuna na uti.

Bene fortunatus esse.



**S**UBTEXVI PRIORIBVS contrarias eloquendi formulas, quibus rerum successus exprimeretur, propterea quod eiusmodi orationes frequenter incidunt, quales sunt:

Fortunatus is uerè est, qui remotus à studijs ambitionis otium ac tràquillitatè uitæ sequitur. Fortuna hic amplissima perfruitur. Omnia illi, quæ uel ad famam ingenij, uel fortunæ successum pertinent, copiose adsunt. Omnia summa cõsecutus est uirtute duce, comite fortuna: eaque adeptus est adolescens multis inuidentibus, quos ingenio industriaq; fregit. Fortuna suffragante uideris res maximas consecutus: quod quanquam sine uirtute non potuisses, tamen ex maxima parte ea, quæ es adeptus, fortunæ attribuuntur. Res tibi secundæ, honores, imperia, uictoria, opes amicorum, studia ex animi sententia succedunt. Ut res, inquit Cicero, aduersas, sic secundas immoderate ferre leuitatis est: præclaræq; est æquabilitas in omni uita, & idem semper uultus, eadèmq; facies, ut de Socrate & C. Lælio Cicero refert. Panætius quèdã Africanum auditorem & familiarem suum solitum ait dicere, sicut equos propter crebras præliorum con-

tentiones ferocitate exultantes domitoribus tradere soleat, ut his facilioribus possint uti: sic homines secundis rebus effrenatos, sibiq; præfidentes, tanquã in gyrum ratiois & doctrinæ duci oportere, ut perspicerent rerum humanarum imbecillitatem, uarietatèmq; fortunæ. Cum prospero, inquit Cicero, fortunæ flatu utimur, ad exitus prouehimur optatos, & cum reflauit, affligimur. Idem scribit, quibusdam summis uiris quandam ad amplitudinè ac gloriã, & ad res bene gerendas diuinitus adiunctam fortunam fuisse.

# Animo perturbari.



**M**ETVM IN SE CONCIPERE. Vehementi timore inclinari. In perturbationem, in terrorem se coniungere. Saluti ac fortunis desperare. Cõtremere mente omnibusque artibus. Conturbari animo. Cõturbatur animus utilitatis specie. Despondere animũ. Abiecto & fracto animo esse. Frangere animũ atq; dimittere. Animũ mœrori dare. Malorum cõkursu defatigari. Exagitari mœrore. Exulcerare animũ. Exulcerato animo facile fictum crimen insidet. Lãguori se dedere. spoliari animo. ut, Prauarũ opinionũ pturbatio sanitate animũ spoliat, morbisque perturbat. Conciderè animo. Omnes meæ spes atq; opes hoc infortunio cõciderunt.

Perturbari

Allato de patris morte nuncio mente concidi. Infe-  
 stus Africani casus mentem meam metu debilitatam  
 infregit. Prosterni animo. Grauius me animo pro-  
 stratum, percussum, abiectumque sentio. Deficit ani-  
 mus ad opprimendam obrepentem molestiam. Debi-  
 litari atque abijci conscientia scelerum. Frangi ani-  
 mo. Fractus animo ab omni spe atque consilio abij-  
 cior. De mente deturbari. sua queque fraus, suum fa-  
 cinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente  
 deturbat. De spe deiectus, languori deditus, fractus  
 animo, quod se ferat nescit. Magna de spe in grauem  
 omnium rerum desperationem excidere. Timorem inij-  
 cere. Dolorem inurere. Vixitrix improbius hominum  
 nequitia ac libido grauem mihi dolorem in-  
 ussit. Perturbationem facere. Varia rerum earum,  
 quibus et uitae dignitas, et fortunae meae nituntur,  
 expectatio, grauem mihi perturbationem adfert.

Languorem dare et offerre. Contentio honoris,  
 laudisque alienae inuidia multis affert languorem.  
 Non est cur eorum, qui se legum studiis dedunt, aut  
 spes infringatur, aut languescat industria. Rende-  
 re animo. salus mea exigua spe extremaque pen-  
 det. Mærore affligi et profligari. Humili animo,  
 imbecillo, infirmo esse. Metu ac cogitatione perturbari.  
 Omnis tranquilla uitae status mortis metu pertur-  
 batur. succubere doloribus. Nihil tam humile, tam  
 enerue, tam fractum, quam ferre quaecumque humanitas ac-  
 cidunt non posse, aut succubere dolori. Iniectus homi-  
 ni scrupulus et dubitatio. Laborare, ex animi per-  
 turbatione. Vacandum est, inquit Cicero, omni animi

perturbatione, tum cupiditate et metu, tum etiam ægri-  
 tudine et uoluptate animi, et iracundia, ut tranquil-  
 litas animi et seueritas adsit, quæ adfert tum constan-  
 tiam, tum uero dignitatem. Contrahere animum atque di-  
 mittere, id est despōdere. Descēdere ad animi dimis-  
 sionem. Non est animus propter restatis fortunæ inui-  
 diam dimittendus, sed contra, bonorum spe uirtutisque  
 presidio ad laudem, ad dignitatem, ad rerum humanarum  
 contēptionem excitandus. Corruere metu, timore, pe-  
 riculo. Infringere animum. Acstare dubitatione, uer-  
 sarique se in utraque partem. Non cadit in magnam, ex-  
 celsum, et bene a natura constitutum uirum infractio  
 animi atque dimissio. Voluptatum blanditiæ perstrin-  
 gunt ingenij aciem, atque a præclaris magnisque institu-  
 tis et cogitationibus animum abducunt. Omnes  
 in aduersis rebus amicorumque periculis iusto animi  
 dolore, ac mærore necessario tagimur. Incertus belli  
 euentus formidine hominum animos magnisque malis  
 perterritos certo de statu dimouet. Mors Thomæ  
 Mori incredibili nuper mærore atque luctu nostrorum  
 hominum animos omnium mentesque perturbauit. In lu-  
 ctu atque angore uersari. Vbi animus in molestia  
 ægitudineque uersatur, ratione ac memoria magnam  
 aliquam et arduam rem aggredi nemo potest. ma-  
 gnam enim claro ingenio obscuritatem adfert mens  
 mærore affecta. Præ nimia animi ægitudine iucū-  
 ditatis sensum omnem amisi. Ex morte Nicolai Her-  
 borei optimi uiri et sanctissimi nactus sum patentem  
 mærore excursum. Nullæ recordationes tam grauem  
 doloris sensum excitant, quam earum rerum, quæ nobis  
 Lij.

charissimæ semper fuerūt, & fatali inuidia sunt ablatæ. Nulla me uoluptas alleuare impressa animo meo molestia potest. Ex morte auiculi multo maximam, multoq; grauissimā contraxi molestiā. Absumor doloris ex amici desperata ualetudine cōtracti uehementia. Furor hunc, & scelerū consciētia ad insanā amentiaq; impellunt. Nihil tam occupatum, nihil tam lacerum, nihil tam uarijs concisum affectibus, quā mens sceleris cōscia. Nihil tam miserum, seruire, & abiectum, q̄ animus ex metu, ex inuidia, ex alienæ famæ ac nominis obtreclatione ægrotans. **N I H I L** perinde luctuosum, atque in rebus p̄speris secūdas fortunas amittere, in aduersis sine ullo remedio atq; alleuamento permanere.

## Consolandi.

Consolari.



**A**DHIBERE LEVATIONEM doloris ad molestiā minuendā. Alleuare miseras luctu perditas. Cum in tantis te malis iacere animaduerteterem, putauī humanitatis esse meæ mœroris tui uulneri paruū saltē remedium adhibere. Tua mihi in rebus humanis p̄ferēdis sentētia omnē mihi molestiā deleuit. Ego te in magnū luctū mœrorēq; detrusum, ut tempora nostra, ut amor erga te meus fert, ab ōni molestia conatus sum uindicare. Absit quæso obtestorq; te, à summi luctus acerbitate dolor mœrorūque tuus, & illam animi tui

ægritudinem si sanare non poteris, aliqua saltē cōsolatione leua. Nihil est, quod uxoris tuæ lectissimæ femina mortē tam impotenter, & penē inhumanitus feras: nisi tu quidem partam felicitatem illi inuideas, & ex labore ad quietem, ex dolore ad indolentiam, ex morbo ad sanitatem, ab exilio hoc misero ad beatissimam patriam eam pertēdisse ægrē ac molestē feras. In persequenda iniuria hoc cogitabis, etiam cū grauissimas iniurias cū summa ignominia acceperimus, tamen eas ferendo maiore humanitatis laudem, quā ulciscendo nos mereri. sicut tuas sollicitudines prudentia eleuare nō possum, ita grauiter & acerbē fero, in eas te miseras deuenisse, ut uel mihi consolandus uenias: uel leuiter accusandus, quod tam obstinate lachrymis te ac tristitiæ tradas. neque enim ferendum, ut qui in omnibus uitæ partibus tēperans ac moderatus semper fueris habitus, ad metas ueluti nunc hæreas, abiectāsq; omnem animi moderationem ac lenitatem, quæ in te præcipuē fuit laudata: neq; tibi amplius committendum, ut cum tuo dolori inferuias, inuideas prudentiæ tuæ partes Reipubl. quare fac istis te molestijs, quæ animum tuum misere excruciant, q̄ citissimē laxes, ad tuāq; animi alacritatē redeas: cogitēsq; hanc sapientiæ laudem maximam esse, ita rationes nostras aduersus omnē fortunam confirmatas habere, ut non aliunde, sed ex nostra uirtute p̄deamus: neq; ullo uel casu, uel infortunio fracti firmitudinē grauitatēq; animi abiiciamus, abducamūsq; ab angoribus ad ea animū, quibus pu  
l. iij.

blica utilitas cōseruatur, res nostræ secundæ ornantur, adiuuētur aduersæ. Fac animo forti, quo in alienis esse rebus soles, nunc in tuis sis fortunis ferēdis: neq; committas, ut de naturæ tuæ statu declinasse uidearis. scribis grauissimū te dolorem ex filij morte contraxisse: mihi uerō nō tam consolandus, q̄ laudandus uideris, q̄ maximū Reipub. præsiidiū generis, q̄ magnū & domesticum uirtutis exemplū reliqueris, q̄ tali filio sis priuatus, quē p̄pter præclaras & præstabiles animi uirtutes laudare q̄ lugere præstat. Neq; enim maior doloris leuatio, neq; ad iucunditatē uehementius quicq̄ esse potest, q̄ quōd eū amiseris, qui mortuus circumfluente uirtutis gloria perpetuo prædicabitur. quare hunc mœrorē, qui tibi iucunditatis sensum nūc omnē adimit, ex animo depone atq; absterge: cogitaq; cū multa & uaria mortis pericula indies homini impendeant, ijs tamē omnibus filii exemptū perpetua cū dijs immortalibus felicitate perfrui. sed humanarum miseriarū contēptio præcipuē ualet cū ad æternā nominis gloriā fortibus conatibus parandam, tū uero ad leniendū dolorē atq; luctū. itaq; præstātib; in Rep. uiris uile corpus semper fuit. Magnū animi dolorē ex tuo infortunio capio, sed tamē molestius fero, ita te affligi & perturbari eorū, qui tuæ uitæ insidiati sunt, iniuria, ut nullā cōsolationē admittere posse uidearis: nec illud recordari, cuius te meminisse oportet, quāto grauiora sūt ea quæ animo cōcipiuntur, q̄ illa quæ corpore, tāto infeliciores eos, qui sceleris illius illiberalitatē in se admiserūt, q̄ te, qui illorum iniu-

rias subiueris, esse. Magno te in dolore esse, uel mœrore potius, quē ex miserabili fratris morte accepisti, tristis mœrensque ipse audio, sed te & cōsolor, & hortor, ut q̄ animi magnitudinē, in aliorū negotijs subeūdis adferre soles, eā mortalitatis humanæ memor in tuis luctibus ferēdis assumes: serāsque nō culpes, quæ uitari nō possunt. Omnes alienis in rebus aduersis q̄ nostris ad animi moderationē, lenitatē, trāquillitatē sumus propensiores. sicut ingenij fortasse mei nō est, uehementi aliqua & docta oratione stratū te atq; abiectū subleuari: ita una hæc cōsolatio sustētare debet, q̄ nullū meum tibi amoris, nullū studiū, nullū pietatis officiū deerit. Hoc sapientiæ, hoc magnitudinis animi tui est, recentē scilicet istā doloris tui ægritudinē, si ex rerum natura non possis euellere, ex animo quidem certē excidere: & huc mœrorē, quo omnes pmouemur, amicorū uolūtatē cōcedere. Dolēdū uerō insidere quorūdā ingenijs hanc labē & quandā quasi maculā, ut cū ipsi nihil rectē, nihil præclare agere conētur, inuidere tamen alienæ uirtuti uelle ac ipsum dignitatis florē ifringere: quorū inuidia quia te magna ex parte premit, consolaberis te ipsum excelsæ uirtutis tuæ, quæ inuidia carere nō potest, cōsciētia. Tu uerō animi magnitudine & patientia iniuriæ leuabis atrocitatē: declinabis paululū tanq̄ tempori cedens, & spe reliquæ trāquillitatis præsentis fluctus tempestatēsque fugies: postremò fore propediē sperabis, ut quorum nūc obfirmator in te est offensus, ijs interiecto breui doloris tēpore, in pristinā te dignitatē restit-



tuant. Mihi scias studio esse, si non omnē, quod à nemine fieri posse arbitror, at aliquā partē mœroris tui deponere, & quibus possum officijs æuinā solitudinēq; tuā sustentare. si continere graues animi dolores, & cōmunē naturæ sensum repudiare nō poteris: colligere tamē te ipsum debes, & ad aliquā saltem lenitatem moderationēq; affectionū referre. Nō debes status cōuersione, cōmuniūq; temporū inclinatione, remota ab omni populari honore uita tua, deprimi: sed multo magis excitari ad Rēpub. propugnandā, ut officio superatus, non fractus susceptæ rei magnitudine uidearis. Tu uerò ita te fractū calamitatē atq; afflictū putabis, ut nihil tibi ex pristina dignitate perijsse arbitreris: aut si quā dignitatis amissionem subiueris, eam tibi cum amplissimo modestiæ tuæ fructū, uel fortuna, uel uirtus tua restituet. Erige animū tuum luctu demissum atq; oppressum, & in his tuis malis ab animi tui uirtute & innocentia, nō autē à stultis hominū querelis doloris tui perfugium pete. Extremū illud est, ut meo in te studio amoriq; nostro mutuo obsecutus, te rogē atq; obtester, animo ut magno, cōstātī & elato sis: nec ad ea solū quæ à sumis philosophis de continendis fugiēdisque rebus humanis scribuntur, animū referas, sed eorū quoque memineris, quæ studiū uehementia ingeniq; altitudine es cōsecutus: quæ si animo pertractata teneas, sperabis omnia optime, & quæ accident, qualiacūque erunt, ferēs sapienter. Hoc si feceris retinebis ōnes nos in lætitia, & ingenij tui tranquillitatē ad res præclare agē-

das cōuertes. Tu fac bono animo fortiq; sis aduersus inuidētis fortunæ scēuitiā leniēdā, meq; tibi nulla ire defuturū esse confidas: quod cū facies, omnes nos solitudine leuaueris. Tu uero abiicias perditissimorū hominū insanas contumelias: sperēsque fore, ut fracto impetu extinctōque certorum hominum furore, pristinam tuam dignitatem consequare. Tu fac animum fortem habeas, & ea quæ tibi nūc sunt aduersa, rectē factorum innocentia remissius placatiūsq; feras. Non uideor mihi dolorem tuū oratione lenire posse, aut leuare: si tamē hoc partium mearum esse uelis, ut te nōnihil à pristina animi iacunditate digressum reuocem, uelim turbidissima hæc tempora sapienter feras: ut illis periculis, quæ grauiā tibi esse non possunt, perfunctus, tranquilliore aliquando animo lætiorēque feras. In rebus tuis angustiis atque luctuosis magno te animo esse oportet, ne dolore implicatus animus tuus, aliō quā quod te ratio Reipu. dignitatisque tuæ ducat, sequatur. Hoc sapientiæ erit tuæ, propter magnitudinem & animi & ingenij omnia moderatē ferre. Abduc à solitudine animum, & te aduersus omnes scēuientis fortunæ impetus philosophorum more arma. Caue ita imbecillo & inhumano sis animo, ut in communibus miseris dolore te atque ægritudine uinci patiaris.

ISTVM EGO TVVM, QVO MIHI confectus propemodum uideris, mœrorem leuarem, teque à nimio isto luctu deterrerem, nisi illiberale esse mihi persuaderem, quod tu in communium tē-

porum casibus, & miseris humanæ uitæ conditionibus tam prudenter alijs præcipere soles, hoc ipsum me in te uiro grauissimo & longo humanitatis exercendæ usu instructissimo desiderare: & qui mœrore debilitatos iacentesque aliorum animos consolando excitare soleas, meis te literis consolari. Nunc uero, quum in eandem mœrentis animi dimissionem descendisse, molliusque fati necessitudinem ferre quæ prudentem decet uirum, mihi uidearis, uisum fuit ita te consolari, ex me ut intelligeres integrum tibi iam non esse, ut propter cuius auctoritatem cæteri in ijs ferendis, quæcumque fors fert fortuna, omnes sint fortiores, eum ipsum animo frangi: & quibus remedijs aliorum sanas uulnera, ijs te mederi tibi non posse. Quanquam confirmatione mea non eget animi tui magnitudo: si tamen lenis tibi consolatio adhibenda erit, poteris ita à me uel admoneri, uel rogari, ut ab ijs molestijs animum abducas tuum, quæ uitari nullo humano consilio possunt: neque gigantum more cum dijs tibi pugnandum statuas, habesque in memoria, quod ad Messimum Cicero scripsit, præter culpam ac peccatum homini accidere nihil posse, quod sit horribile, aut pertimescendum. Etsi in his meis doloribus ipse sim consolandus, tamen memoria ueteris nostræ amicitie tuæque benignitate admonitus nolui ullo uel loco, uel tempore ad consolandum tibi deesse. Videris enim iniquior in nominis tui existimationem fortunâsque, quam fortem deceat uirum esse, cum te perditum & afflictum toties conqueraris. Nihil enim turpi

tudine tua, qua semper caruisti, auferri tibi potest, & plus tibi uirtus tua dedit, quam abstulit fortunæ acerbitas: quare te ad pristinam animi tui moderationem compone. Extat in hanc sententiâ insignis præter cæteras Ciceronis epistola libro quinto familiarium epist. ad Titium.

## Colligere animum.



**C**ONSOLATIONIS FERRE clausula cõstat adhortatione, qua mœrentem amicum monemus, ut animum ab omnibus angoribus abductum ad ea cõuertat, quibus & res aduersæ leuantur, & secundæ ornantur. In hanc igitur sententiâ comparandus optimarum locutionum apparatus: cuius generis sunt in epistolis Ciceronis pulcherrimæ.

Colligere animum.

**ABDUCERE A SOLICITVDINE** animum. Abducere mentem ab omnibus molestijs & angoribus. Abijcere animi ægritudinẽ & dolorem. Descendere ad remissionem mœroris. Colligere animum & reuocare. Abiudicare mala & reijcere. Deducere à timore animum. Abstergere metum, dolorem. Cicero ad Atticũ: Amabo te aduola, cõsolabor te, & omnẽ abstergebo dolorẽ. Adde alacritatem. Amouere molestiam. Deponere dolorem. Ab indignatione animũ abducere. Alleua-

172 DE FLOCTIOMIS  
 re sollicitudines. Cura cosidetur id est, sedatur, ex ani-  
 mo eicitur miseria. Inuria dolorem hominum er-  
 roribus condonare. Inuria acceptam oblivione co-  
 terere. Cicero in epist. Grauissimas iniurias commu-  
 nis concordie causa uoluntaria quadam oblivione  
 cotruerant. Demere sollicitudinem. Ab argoribus  
 animum abduere. Relaxare animum dare se  
 incunditati. Periculorum metum a mente consistidq;  
 deducere. Delere molestiam. Deleuit mihi oem mo-  
 lestia recetior epistola. Malora memoria ex animo  
 funditus tollere. Effugere, eripere molestiam, curam,  
 furorem. Expedire se molestia. Sedare animi per-  
 motiones. Est enim prudens, nulla re impotentet  
 permoueri, ubique semper animi permotiones, ne  
 uolentet erumpant, coponere. Nam concitati animi  
 permotio iram excitat, ex ira furor, ex furore incen-  
 dium pugna nascitur. Curas, offensiones, similita-  
 tes deponere. Obtundere animi agritudinem, hoc  
 est, depellere. A contentioni bus animum relaxa-  
 re. Tenere miseras. Continuelle audacissimorum  
 hominum patientia animique moderatione sunt le-  
 niendae. Animo se bene confidere. Erigere,  
 firmare animum. Magnitudinem animi ad ferendas  
 molestias adferre, nullisq; que iniuria inflectere. La-  
 xare curas, molestis, occupationibus animum. Pri-  
 mare se animi agritudine. Animum letu agere se  
 nulla miseria suffusum. Considerantiam sumere se  
 habere. Animi exalti se inuicti magnitudine at-  
 que robore inuicti. Animi excellentia magnitudinēq;  
 in rebus amplectendis se fugiendis eluere. Trāf-

IMITAT. AC APPARATV. 173  
 ferre animum ad ea, quibus res aduersae leniuntur.  
 Abstrahere a sollicitudine animum. spes mihi ma-  
 xima adfertur. Istud in spe optima pono. spes mi-  
 hi animusq; letus proponitur. stans animis, id  
 est, bene speramus. Timorem mihi eripui. Mente  
 me releuauit. spes mea omissa, quae fortium uitro-  
 mentes cogitationesq; suscitauit, in prospera for-  
 tuna est posita atque desixa. Tempus spes confir-  
 mat. Ipse me spe confirmabo. Relaxare animi co-  
 tentionem. Cicero in offic. Cum animos relaxamus,  
 incunditatisque damus, cauere debemus intemp-  
 rantiam, se meminisse uerecundiae atque decori.  
 Tanquam ex latitudine, atq; ex magnis curaru fru-  
 ctibus spem meam omnem in honesto praesidio, in  
 dignitate, in gratia collocari atque desixi. Vacuus,  
 expers, solutus, ac liber ab omni molestia. Magna  
 me spes tenet, fortuna meae misere multumque ia-  
 statae portum ac perfugium mihi non desuturum.  
 Exultare letitia se triumphare gaudio. Mihi cer-  
 te in hoc nouo Republicae statu, lenitate, modestia,  
 moderationisq; partes suscepi, deposita fuerit a-  
 tis persona. Proxima tua excusatione ita flexus  
 animo sum atque factus, ut qua sum lenitate, om-  
 nem iniuriam ante acceptam deposuerim. Incita-  
 tum animum ad uiscendam iniuriam renouare,  
 atque reflectere. Permittere aliquid alterius tracu-  
 diae. Constituere moderatum uitae statum. Beneficu-  
 memoria offensionem oblitare. Memoriam dolo-  
 ris ueteris noua letitia abigere. Ergi pulcherrimi  
 facti consuetia. Denotare magnis animis molestia.



## De genere iudiciali.

generis iudicialis tractatio.

**I**UDICIALIS GENERIS formas Cicero in libro primo de Oratore facit accusationem, defensionem, querelam, expostulationem, expurgationem, exprobrationem, comminationem, inuectiuam, & deprecationem. Eius non simplex est tractatio, propterea quod priora duo genera ferè complectitur, & præter summam illam inueniendi ac disponendi difficultatē, elocutionē quoque habet omnibus tropis & figuris expolitam: cuius hic exempla aliquot iuuandæ imitationis causa proponemus. Hoc enim in toto hoc libro egimus, ut dicendi uias eloquentiæ studiosæ iuuentuti muniremus, quando locos omnes uerborum & rerum explicare nec uolūtatis fuit nostræ in maxima præsertim librorum egestate: nec eius temporis, quo hæc scripsimus, maioribus studijs in publica iuris ciuilibus professione occupati. Quo etiam æquiores fore lectorem mihi spero, si quædā à nobis neglecta, quæ-

dam etiam, ne dicam omnia, ingenio non satis elaborata esse cognoscat.

## Accusandi.

ACCUSARE

Capitis.  
Ambitus.  
Maieſtatis.  
Furti.  
Impietatis.  
Latrocinij.  
Parricidij.  
Peculatus.  
Rei capitalis  
Adulterij.  
stupri.

De negligentia.  
De ueneficijs.  
De epistolæ negligentia.  
Grauissimis criminibus.  
De pollutis ceremonijs.

DAMNARE

De maieſtate.  
De uiarum.  
De repretundis.  
De capite & capitis.



**CITARE REVM**, QUI MANIFESTO in flagitio tenetur. Accusationē iudiciūque conflare. Reum maximis plurimisque criminibus in iudiciū uocare. Adducere in criminationem, inuidiam, uituperationem ciuium, odium, fortunarum & capitis discrimen. In crimen atque iudiciū uocare. Crim-

accusare.



nibus arguere, & suspicionibus in iudicium uocare.

Obterere laudem criminibus avaritiæ, furti, stupri. Litem flagitiose intendere. Maiestatis crimen in iudicijs iactare, commemorare in senatu, agitare in concionibus. Iudicio aliquem circūuenire, & opprimere. Omnia criminationis tela in reum conijcere atque defigere. Præcipitantem reum actione impellere, & perditū prosternere. Criminationis ruina atque tempestatem concitare. In summam inuidiam seditiosis & turbulentis concionibus aliquem adducere. Infamiam & atrocissimæ turpitudinis suspicionem alicui iniicere. Periculum capitis, iudicium sceleris, fortunæ alterius in iudicium adferre. Circūuenire iudicio capitis aliquem. In festum scelus atque immane alicui intendere. Incumbere ad alterius perniciem. De alterius pernicie atque exitijs cogitare. Inflammatus incredibili nocēdi cupiditate hanc accusationem suscepit. Dignitatem alterius ledere, & in inuidiam uocare. Intendere periculum iudicij. Insidiarum suspicionē in aliquem conijcere. In discrimen adducere tactam contumelijs alterius dignitatem. Coarguere aliquem furoris, immanitatis, & inauditæ crudelitatis. Periculum fortunarum omnium ac mortis alicui iniicere. Defessa ac refrigerata accusatione nouam litem excitare. Reum nefarijs criminibus euincere. In contentionem certamēque pertrahere. Crudelissimum carnificem, ciuium uexatorem, pestem Reipub. otij perturbatorem in iudicium adducere. Actione publica aliquem fortunis euertere. Homo audacissi-

mus sceleris conscientia conuictus est. Sententijs reum configere. Coarguere quempiam suspicionibus & criminibus. Iniurias factas imponere. Falsum crimen in uitæ innocentiam conferre. Periculum creare. Conijcere in aliquem crimen. Constituere actionem & animaduersionem. Constituere in reum supplicium. Solon, referente Cicerone, ideo nullum supplicium in eum, qui patrem necasset, constituit, quod id neminem putauerit facturum. Homo ex conuentu quadruplatorum deterrimus iniuriarum accusatus & condemnatus est. Conuincere aliquem criminibus. Scelus fraudemque nocentis supplicio constringere. Litem capitalem inferre. Actionem habere. Accusatione adulterium criminare. Deferre nomen de pecunijs repetundis. Defigere furti & flagitia. Ad iudicem deferre. Denunciare periculum. Actionem in aliquem dare. Inferre periculum fortunæ & capitis. Instituire actionem. Intendere periculum: ut, Multa me sollicitant ex Reipub. tāto motu, & ex his periculis, quæ mihi intenduntur. Notare aliquem furti. suppetere crimina. Accusationē facere & factitare. Crimen facere & accersire. Iniquo iudicio aliquem opprimere. Perniciem alicui quærere. Incumbere in alterius oppressionem & exitium. Iudicium sententijs damnandum aliquem tradere. Graui & uehementi criminatione alterius dignitatem euertere. Crimen aliquod in aliquem quærere.

## In fraudem ad- ducendi.

Decipere.

**Q**UONIAM EOS PLÆ-  
runque accusamus, qui industriã su-  
am naturæq; instrumenta ad dolum,  
fraudem, nequitiam, scelus atque gra-  
uem alterius pernicië cõuertunt, ad-  
scribemus in hanc sententiam communes loquendi  
formas. Ad fraudem, perniciem, & periculum ali-  
quem uocare. Fallaciam facere, intendere, adfer-  
re. Fraudem creare, inducere, moliri. Facere insi-  
dias. Machinari in aliquem pestem. Intestinans  
aliquam perniciem Reipublicæ moliri. Perniciem  
creare. Per simulationem amicitie aliquem prode-  
re. Iuuentutem libidinum illecebris irretitam in  
fraudem & nequitiam pellicere. Per errorem in  
maximam fraudem incurrere. Singulare genus  
fraudis, & nouam insidiarum rationem inire. Sin-  
gulari fraude atq; odio aliquem euertere. In frau-  
dem me officij simulatione adductum uideo. Mul-  
tos Catilina adolescentes, promissis, regni honoris-  
que expectatione, officij denique mira simulatione  
in fraudem atque perniciem adduxit: domestico le-  
nocinio cupide iuuentutis animos ad omne facinus  
pellexit. Furor illius multos illusit, & in pernici-  
em traxit effrenata libido. Nullius prouidentia  
ad inueterati huius fraudatoris insidias satis muni

ta esse potuit. Multos in errore ignominiamq; de-  
turbat præmatura ingenij ostentatio. Facile nos in  
perniciem deducunt impunitatis spes & cæca re-  
rum cupiditas. Callidissima quæq; consilia facili-  
us nos fallunt. Vt quisquis maiore in amicos bene-  
uolentia, studio ac fide existit, ita facilius aliorum of-  
fertur insidijs. Maiores eum in ciuium numero ha-  
beri non oportere iudicauerunt, qui uitæ fortuna-  
rumq; socium sefellisset. Nullum tam illiberale fa-  
cinus, quàm eum, qui fidem nostram secutus est, in  
perniciem & fraudem illicere. Humanitatis iura  
omnia uiolat, officiorum religionem conspurcat, qui  
in hac ciuili uitæ ratione industriam suam ad do-  
lum conuertit.

## Inuehendi & ca- lumniandi.

**A**DMONENDA HIC MIHI  
iuuentus, nihil tam indignum ciuili &  
liberali homine esse, quàm innocentis-  
simum quæque ab omni humanitatis,  
religionis, pietatis, fidei ac probitatis  
existimatione in graues calumnias, uituperationem  
que adducere. HABET ENIM omne conuitiũ  
grauem ac intolerabilem reprehensionis aculeum,  
quem prudentes ac boni uiri ægrè admodũ ferunt.

m.ij.

Calumniã  
ri.

illiberalis  
omnis calū  
niandi cupi  
ditas.

nec aliud uel stabilius ad memoriae diuturnitatem, uel uehementius ad aeternas inimicitias excitandas, quam mens calumnijs affecta, atq; ex dignitatis suae oppressionem egrotans: propterea quod ipsa uitae dignitas in illustri honoris splendore posita, non raro improbissimorum hominum calumnijs labefactatur atq; conuellitur: quare ea animi bene à natura constituti adhibenda in omni uita est moderatio, ne quae ignominiose ad inimicitias, nisi utilitatis publicae causa prouocemus. Dolendum uero hoc calūniandi uitium ita usitatum hodie esse, atq; peruulgatum, nemo ut in hac uitae ratione, in rebus gerendis ferè uersetur, cui nullum probri, nulla turpitudine, si non uera, attamen cum aliqua suspitione obijciatur.

Quod si quantam uoluptatem maleuoli homines ad opprimendam alienae uirtutis laudationem capiunt, tantum haberent ad fingendum ingenia, uberior esset clarissimorum hominum, quorum paucitate ubiq; ferè laborat Respub. profectus atq; admiratio. In quo illud uehementè iucundum est, quod inuidiam dies mitigat, oratio deprecatur, hominum si des atq; aequitas ad ueritatis discertationem, ut ille ait, non reijcit. Est autem calumniari, conuitia in aliquem iacere, scelerisq; suspitione inflammare. Intorquere contumelias. Imponere honestissimo uiro personam calumniae. Omnibus priuatim iniurias plurimas contumeliasq; imponere: honestam familiam, quae opibus antea et dignitate florebat, turpissimis dictis flagitijsq; infamè facere. Importunis libidinibus ac contumelijs alienam dignitatem ope-

riri atq; opprimere. Calumnijs alterius laudè obtere. Iniuriosus aliquem tractare, superbisq; appellare. Periculum et infamiam alicui quaerere.

Arripere maledictum ex triuio, aut ex scurrarum aliquo conuitio. In laude ponere obtreccionem alienae uirtutis. Non odio inimicitarum ad uituperandum, sed studio calumniandi ad inimicitias descendere. Omnem orationem uariam, obscuram, et multiplicam ad suspiciones et simultates fingere. Studio et uoluntate in alterius infamiam ac criminationem incumbere. Petulanti ac maledica lingua, quasi flabello seditionis omnium dignitatem uiolare. De alterius dignitate detrahere atq; diripere. Verborum iactationem in alterius reprehensione excuere. Hic calumniandi exercitationem cum intolerabili petulantia, tum diuturna impunitate munuit: iucundissimam multorum uitae officiorumque societatem falsis criminationibus diremit. Disrumptur sua ista furia inuidia: frangatur odio suo nefanda et perniciofa haec ciuitatis labes, cuius contagioso spiritu omnium laus atq; honores contaminantur. Magni et excelsi est animi falsae criminationis et calumniae tela, quae ab inimicis conijciuntur, leuiores atq; hebetiores arbitrari, quam quae retorqueri debeant. Inuerecundi, impudentis, et improbi est ingenij alienae uitae splendorem maculis conspergere: existimationem nominis asperioribus factijs perstringere: putare omnium dignitatem suis conuitijs, suo furori, suae irrisioni subiectam esse. Omnia denique alterius deformandae, detrahendae, spom. iij.



liandæq; dignitatis causa facere. Omnibus bonis insignem ignominiam iniurere. Insigni nota atque ignominia omnes cōdemnare. Omnia maledicta & conuitia in alterius contemptum nominisq; infamiam conferre, ac sempiternam uitæ turpitudinem infligere. Nouum ignem atque inuidiæ flammam amplissimo ordini subijcere. Iniuriam nouo scelere conflare. In alterius uitam atque mores contumeliam dicere. Inuidiam in aliquem concitare. Minis contumeliosq; in omnes inuehi. Omnē maledicendo quærere uoluptatem: laborare procacitatis conuitio. Virtuti alterius inuidere, suæ considerare. Furorem uolentium, conuitia ac probrū in optimū & innocētissimū quæq; effundere. Cōuitijs aliquem inuadere atque incurrere. Inuehi in aliquē scurriliter. Ludibrio alterius simplicitatem circumuenire. Eruditionis famam alteri maledicendo inuidere. Iniurere contumeliam. Alterius labefactare dignitatem. Existimationem florentissimi uiri probro & contumeliæ offerre. scurrili ludibrio alterū lædere. Oblatrare, obloqui, debacchari. Obrectatione & maleuolētia cupidè aliquem obruere. Maledicere ore alieno. Inimici animum in alium inflāgnare ementiendo aliquid & criminando. Destruere optimorum hominum industrias. Despicere eorum frugalitatem: pudorem contemnerē. Calumnijs ingenium & uirtutem depressam extinguere. Contumeliam dicere, facere, iactare, interquere, imponere, iactare. Prudentissimū uirum atque optimū quenq; splēdidissimū atq; ornatissimū pro-

bris omnibus maledictisq; diuexare. Effrenata maledicentia rixam sempiternam excitare. Odium & maledicta in aliquem congerere. Detrahēre alteri suum honorem ac dignitatem. Alterius existimationem turpiter prostituere. Effrenato & præcipite furore in quemlibet inuehi. Improbi est hominis, & inuerecundi orationem in absentem ore impurissimo euomere.

## Exprobrandi & exaggerandi.



**H**IC EOS, QUOS BENEFICIO prosequi, pietate colere, ueneratione suscipere ac obseruare debebat, inaudita crudelitate perdidit. Quorum beneficio uitā suā agebat, in eos singularem amētiam, inauditū furorē profudit. Hic ille nefarius, impius religionis cōspurator, à quibus benignissime exceptus fuerat, eos cōtumelia, luctu, gemitu, & nefario scelere affecit. Hic ille libertatis expugnator, legū euerfor, tranquillitatis publicæ perturbator, hostis uirtutis, scelerū ac flagitiorū auctor, quorū uenerationē, senectutē, auctoritatē, propter summū dignitatis splēdorē, propter præclara in Rē pub. merita colere debebat, eos nullo scelere obstructos, solius uirtutis reos indicta causa, nullo acusa

Exprobratio.



tore oppressos dānauit, dānatos nouo supplicij genere affecit, affectos publico omniū ludibrio in crucē adegit. sceleris erat principū uirorū infirmā & aetate affectā senectutē, quæ natura uirū inops & abiecta est, in uicina morte, præmaturo supplicio uolare. Crudelitatis, hoīes de Rep. benè meritos omni honore & dignitate indignissimè spoliare: impietatis uerò, in hoīes innocentes noui supplicij genus excogitare. Hoc deniq; omniū iam flagitia superat, q̄ unus hic natura ad eā rerū omniū in solētā pietus uidetur, ut nec poenarū metus illū à flagitio, nec religio ab impietate, nec deorū uis à furore, nec hominū existimatio à turpitudine & infamia auertere potest. Hic adolescētia, quā uirtutis instituere præceptis ac tueri singulari prudentia atq; integritate debebat, ad summā stultitiā neq; tiāq; adduxit. Hic imperij uim, hic ornamentorū omniū dignitatē, hic oīa iuris repagula, pudoris ac officij sic pfregit, ut oīm uirtuti se inimicum esse aptè declararet, nullius ut res tuta aduersus illius rapinas, nullius uita aduersus insidias septa atq; munita uideretur. Oēs omniū fortunas sua cupiditate atq; audacia obtriuit. Omnes culpas auaritiæ, maiestatis, demētia, libidinis, crudelitatis in se admisit, dū quos prudentia regere & conseruare debet ppter animorū innocētia, eos pdere propter crudelitatem maluerit. Hic uerò inhumanus & crudelis tyrānus, cuius opportuni beneficijs auctus mirabiliter fuerat, cuius domū p hostiū exhausterat, cuius opibus ad alleuandā domesticā egestatē sepe usus fuerat, eum omni ludibrio

ac contumelia abiecit: nulla humana cōmiseratione in optimi uiri lachrymis commoueri potuit: naturæ clementiā māsuetudinēq; cæco quodā impietatis studio in crudelitate inhumanitateq; cōuertit. Virum primariū & hominē nobilissimum, quē iniquo iudicio oppresserat, in signi calamitate extinxit: furtorūq; suorū maculas innocētis sanguine luere conatus est. ad eō furor illum quidā sceleris & audaciæ comes effrenatum illius animum, importunāq; naturā tanta oppressit amētia, ut tot tātāq; dedecora tegere dissimulatione amplius non potuerit, ut in cōmuni omniū luctu ac lachrymis cōmoueri ad misericordiā non potuerit. Magnum ex huius impotentis naturæ importunitate Respub. uulnus accepit: expilatæ prouinciæ, uexati socij, dij immortales spoliati, ciues cruciati & necati impunè. Iegatum Verres, quē ius gentium uiolari prohibebat, uinculis ac uerberibus, atque omni supplicio excruciatū nequit. In misera & luctuosissima fortuna huic reo lucis. usuram plenā lachrymarū atque mæroris eripere conatus est. Quē uirtutis prædicatio laudisq; nobilitas ad summos honores euexit, eum tu flagitiosis tuis factis deprimis ad supplicium. Inutilis hic patriæ ciuis nō solū præcipitanti Reip. non subuenit, sed etiā eā cōcidere passus est: ea porrò seuitia in bonos ciues, ut eius libido nulla officij religione cōtineri queat. Quos beneficio continere debebat, eorum sanguine suā exatiare. crudelitatem: diuturnūq; odiū, quod in optimos uiros inueteratū habebat, deponere cupiebat. Est autē

in signis indignitatis exaggeratio in oratione M. T. Ciceronis de prouincijs cōsularibus. Milites, inquit, Romani capti, necati, deferti, dissipati sunt: incuria, fame, morbo, uastitate cōsumpti: hostilem in modum uexati &c. ap̄lissimus ordo despectus, afflictus, deletus. Quē officijs tueri ac colere debuit, eū negligendo ingratus impiūsq; contempsit. Satis fuerat, cōmuni hominū infortunio atque errore lapsos nō erigere, urgere uero iacētes, aut prācipitātes impellere, certē inhumanū est. Hoc uero plusq; barbarū, in miserorum ac infeliciū hominum fletum irrūpere, & in cōmuni multorum miseria perfugium misericordiae tollere. Quā autē illud intolerabile? nepos auum in discrimen capitis adduxit, adolescentiāq; terrorem intulit ei, cuius senectutem tueri & te gere debebat: cōmendationēq; ineuntis aetatis ab impietate & scelere duxit. Talis est in eadem oratione pro Deiotaro rege: sceleris non ferendi est, in cōspectu deorum penatiū necare hospitem: importunitatis, omniū gentium atque omnis memoriā clarissimum lumen extinguere: ferocitatis, uictorē orbis terrarum non extimescere: inhumani & ingrati animi, à quo cōseruatus sis, in eum tyrannum inueniri: furoris, tanti sceleris offensione omniū arma contra se unū excitare. Immemor humanitatis in senem hominem & auum, insaturabilem suā exercuit crudelitātē. Lacerando atque uexādo eum, à quo toties fuisset cōseruatus. Ciconiā defessos aetate, & senio laquentes parētes ex humeris deferūt: ac cāetera bruta animalia, uenerationē parentū nō

abijciunt: tu uerò patrē, cui uitam, cui fortunas, cui dignitatem omnem debes, illiberaliter atque impiē contemnis: & cuius solitudine tot tantisq; curis eductus, ab omniq; iniuria fueris cōseruatus, eius necessitatē intermori, cū opem auxiliūq; ferre possis, tot annis sustines. Nihil turpius, quam eum, cuius plurimis & necessarijs usus sis officijs, non solum non colere, sed etiam contemnerē.

## Comminandi.



FEROCITATEM ISTAM tuam comprimā, audaciam frangam, loquacitatem interrogationibus impeditā retardabo. Si pergas maledictis me prouocare, contumeliarūq; in me aculeos excutere, ita uicissim mea in te tela cōijcientur, in tuis ut pulmonibus & uisceribus adhaereant. Tibi istam ego licentiam fractis cupiditatibus concutiam. Adhibere uim ueritati, iactare minas, pericula intendere, formidines opponere. Maledictis & mortis periculo aliqūē prouocare. Cādem ac sanguinē omnibus bonis minari. Cōminationibus aliorū infirmitatē sollicitare. Metu atq; formidine suspensos omnes tenere. Adferre metu ciuib⁹. Designare hostili animo unūq; ad cādē atq; sanguinē. Formidolosum se cūctis prābere. Periculorum minis in fortunarum desperationē ciuiū animos adducere. Metu ciuitate, non prudentia atque

Cominari.

amicitia regere. Magnū de se metū excitare. In  
amicitia odiū, in tranquillitate seditionē, in publica  
omniū letitia metū periculūq; creare. Nisi istā tuā  
maledicendi libidinē profusamq; cōstringas scurri-  
litate, ostendā eum me esse, qui nec dignitatem, nec  
nominis sui existimationē ludibrio tuo oblata esse  
patiatur. Vide ne maiore uiribus tuis hostē pu-  
ces, neue quas seditiones excitas, in tuū sanguinē re-  
dundent atq; pnicie. Inuitus facio, ut ad tuā im-  
pudentiā, nequitia, furorē, animi mei abiiciā mode-  
rationē: sed nisi humanitate potius mecū, q̄ iniu-  
rijs certare uelis, cogar & ipse in te uiolentior esse,  
q̄ uel usus meus, uel natura postulat. Ego tibi istam  
linguē lasciuā præcidā. sic tuos furores excitabo  
ac frangā in solentiā, ut quod te uertas nescias. In eā  
te fortunarū omniū desperationē adigam, ut nullū  
tibi neq; laboris, neq; miseria, neq; periculi per fugiū  
relinquatur. Obtudam istā tibi, quæ se nūc pteruē  
ac petulāter effert, maledicēdi cupiditatē. Frenū  
iniiciā nefarijs istis animi tui affectionibus.

## Bellum inferēdi

Bellum in-  
ferre.



**N**IL REFERT PRIORI-  
bus cognatas aliquot elocutiones locu-  
pletāde orationis gratia colligere: ut;  
Nefariū bellū ōnibus indicere. Ex tur-  
bulenta Repu. ex pace & tranquillita-  
te bellū excitare. Aquilā patriæ inferre. Animū ad

bellum patriæ inferendum intendere. Ciuille dis-  
sidium excitare. Difficile belli certamen inire. Fa-  
mem uastitatēque patriæ inferre. Exercitum per  
ditorum ciuium scelere & rapinis constatum euer-  
tendā urbi comparare. Expugnatione urbem, inter-  
necione ciues, uastitate agros, interitu Rempub. ap-  
petere. Bellum Reipu. inferre. Excisionem, inflam-  
mationem, euerfionem, depopulationem, uastitatem  
urbi, terris, atque agris inferre. Luctuosum bellum  
excitare. Vim ciuitati armatam inferre. Lacerare ci-  
ues bello. Bellum suscitare. Bello agros urbēque  
uastare. Gliscens bellum concitare. Bellū impendē  
re, parare, denunciare, inducere, inchoare. Certamē  
instituire. Bellū intestinum, insidiosum, domesti-  
cum, & post hominum memoriam crudelissimum  
denunciare. Detrimentum ac calamitatē Reipub.  
iniungere. De imperio certare, bellōque uictoriam  
querere. Patriā scelere lacerare, atque bello sun-  
ditus euertere. Catilina saxi atque ignibus fer-  
roque uastitatem uniuersæ Italiæ intulit. Italiæ  
multa proponi pericula, multas iniurias, ciuileſque  
seditiones inferri sparſo rumore publico obnuncia-  
tur. Ex tuis literis nō modō restinctum bellum, sed  
etiam inflammatum intellexi. Nullum autem bellū  
iustum, nisi quod rebus repetitis geratur, aut de-  
nunciatum ante sit, & indictum.



## Defendendi.

Defendere.



APVT ALTERIVS, FAMAM, fortunâsq; defendere. De maximis acerbissimisq; rebus ciuū causam, honorum fortunas, iudicij grauitatem suscipere. Summis opibus, summo studio, summa potentissimorum hominū gratia aliquem defendere. Crimina defensione iudicioque dissoluere. Reum omni gratia atque aucto-ritate subleuare. Defendere alterius dignitatem atque honorem. De ambitu defendere. Omnes boni alienæ dignitatis iniuria oppressæ defensionem ad officium suum pertinere existimant. Implicatum seueritate iudicum, circū retitum populi insidijs eximere atque tueri. Innocentem non solum à calamitate, sed à metu calamitatis defendere. Couflatam inuidiam uitæ innocentia tueri. Legū præsidio à capite periculum propulsare. Calumniam effugere. Profiteri suum ad communē dignitatē defendendam studiū. Propulsationē laborantis & afflicti amici suscipere. Nullius amicitia ad propulsanda pericula impediri. Furibundam accusatoris mentem ab alienis periculis repellere. Inimicorum impetum propulsare ac propellere. Aduersariorū uim atque factionem repellere. Sartum tectum ab omni periculo conseruare. Ad deprecandā calamitatē adesse. Bonus ciuis & patriæ utilissimus nullas pro

amicorum fortunis tuēdis inimicitias, nullam uim, nullū uitæ discrimē uitandū unq̄ putabit. Omnis mea ratio, actio, cogitatio nihil aliud erit, q̄ constās, fortis & perpetua salutis tuæ defensio. Hominis est, opibus, precibus, periculis pro hominis salute laborare. Adiuumento in periculo capitis esse. Cōtumeliā, uim, iniuriam, periculū, suscepta caussa defendere. Reum periculis eximere. Diluere atq; depellere obiecta crimina. Crimen propulsare. Insciando uel defendendo crimen destruere. Conuertere operā, curam, industriam ad fortunarū capitūque propugnationem. Rei salutem in fidem atque tutelā recipere. Contra uim atque accusatorum gratiā præsidio rei sollicitudini atque inopie esse. Pugnare pro alterius libertate & fortunis. Laboranti Reipu. grauissimisq; temporum casibus proiectæ spem, auxilium, salutem ferre.

Expurgādi cum  
honestā officij commendatione.

VALDE UTILIS EST CVM ad beneuolētiā, multitudinisq; erga nos uoluntatem atque fauorem conciliandum, tum uerō minuendam inuidiā illa officij nostri uel excusatio, uel ciuilis quædam cōmēdatio. Cupit enim optimus quisque in rebus agendis consilij causas rationēq;



Omnibus in  
causis neces-  
sariam esse  
officij no-  
stri consilij  
rationem.

cognoscere: Et in tantis hominum suspicionibus uix  
caussa proponitur, quæ non tacita aliqua uel inui-  
diæ, uel criminatione laboret. Animaduertit hoc M.  
T. Cicero, qui omnibus in causis officij sui rationem  
reddidit, ut iustissima de causa uel amicitie, uel con-  
suetudinis, uel Rei. cuncta facere uideatur. Itaque eius  
epistolæ atque orationes pulcherrimas atque elegantissi-  
mas habet uel ad officij consilijque; excusationem uel in-  
uidiam deprecandam  $\pi\epsilon\sigma\lambda\alpha\psi\epsilon\tau$ . Habet enim incredibilem  
quædam gratiam perspectus noster, atque omnibus co-  
gnitus labor, quem ad ægras, conuulsas ac propè de-  
positas Reipublicæ partes alleuandas, ad laborantis  
patriæ operam, ciuium salutem, amicorumque; propugna-  
tionem conuertimus. ET PRUDENTIÆ  
pars est præcipua, posse omnibus in rebus consilij  
uoluntatisque nostræ rationem honestam adferre:  
ut quæ nobis ad instituendum consilium, eadem alijs  
ad exequendum causa iustissima uideatur. Parandus  
igitur in hanc rationem optimarum elocutio-  
num apparatus, quo nostra in scriptione dicendique;  
usu quotidiano utamur.

QUOD nullas ad te literas dederim, caue suspi-  
ceris amicitie nostræ obliuione factum esse, aut etiã  
consuetudinis intermissione, sed quod in eam com-  
muni temporum perturbationem inciderimus, quæ  
spem nostram cogitationemque; uehementer sefellerit.  
Quod me scribas rationibus tuis obstare, sic uelim  
existimes, nihil me unquam aut contra rem tuam, aut exi-  
stimationem fecisse, uoluntatemque; tuam commodis meis  
omnibus anteposuisse: sed tamen in communibus na-

stris negotijs consociendis magis secutum fuisse, quod si-  
des me et dignitas publica ut facere coegit, quæ tua,  
quæ mihi non mala, sed nimia uisa est, cupiditas. Ve-  
reor, ne me putes obliuione amicitie nostræ potius,  
quàm ualeitudinis meæ grauitate rariùs quàm solebam  
ad te scribere. Non enim ita sum negligens uel in co-  
stituenda, uel leuis in retinenda amicitia, ut uel tuam  
memoriam ex animo unquam deposuerim meo, aut uo-  
luntatem neglexerim, aut non res tuas omnes ma-  
iori mihi curæ, quàm negotia mea omnia esse uo-  
luerim: sed me uehementer perturbauit, atque à  
pristina consuetudine nonnihil inflexit malorum con-  
suetudo, quæ ferenda mihi magis, quàm accusanda  
fuit. Si ea fuisset studij mei suffragationisque; li-  
bertas, qua ante hoc tempus usus semper fui, non  
desiderares ullum in te officium meum uel bene-  
uolentiam: nunc uero, quum unius hominis crudeli  
ambitione omnia sint impedita, neque quicquam,  
quod ad te pertineat, hoc tempore confici possit,  
ignosces sollicitudini meæ. Ne iudicium tuum à uo-  
luntate mea atque iudicio discrepet, uelim tibi per-  
suadeas, quicquid eius est quod facio, id ut facerem  
sic uehementer amicos aliquot contendisse, ut aut  
faciendum illud mihi fuerit, aut officium necessi-  
tudinis repudiandum. Si liberius tecum, quàm na-  
turæ meæ moderatio, uel etiam usus postulat, age-  
re uidear, quæ se obtestorque, ne id consuetudini meæ  
potius, quàm huius disputationis magnitudini at-  
tribuere uelis. Libenter enim, quæcumque; tribui di-  
gnitati, fidei, auctoritati tuæ uelis, concedam omnia

neque committam, ut tuam sententiam propter  
singulare meum de animi tui prudentia iudicium,  
spreuisse uidear, sed tamen sustinebis me quoque a-  
liqua in parte conformare eam, uel emendare: non  
quod prudentiam tibi ostentem meam, sed ut ex me  
quid alij sentiant, cognoscas. Quanquam ego nō  
ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiæ à  
tuis dissentiam consilijs: malo tamen prudentiæ hic,  
quàm uel amicitiae, uel consuetudinis nostræ iactu-  
ram aliquam facere. Non hæc partiendæ inuidiæ, sed  
communicandæ laudis causa loquor. laboris mei  
partem nemini impono, laudis uero bonis omnibus.  
Valde uenusta est illa inuidiæ ambitionisque depre-  
catio apud Ciceronem actione quinta in Verrem:  
Non me Hercule, inquit, criminis augendi causa di-  
cam: sed quem accepi ipse oculis animoque sensum,  
hunc uerè apud uos, & ut potero, planissime expo-  
nam. Nihil his formulis frequentius est in Cicero-  
nis scriptis.

Prolepsis.

**QVI BENEDICENDI** artem literis  
tradunt, ualde laudant eam figuram, quæ Græcis  
προληψις, Latinis occupatio & præsumptio ap-  
pellatur, propterea quod nos admonet præuidendū  
animo esse, quæ hominum de nobis sint iudicia: &  
eorum usus maximus est in omnium causarum pro-  
cemijs: quorum ut communes quasdam de captan-  
da beneuolentia, attentione, & docilitate præce-  
ptiones Rhetores tradunt, sic erit non inutile for-  
tasse uel ad si:bleuandum, uel excitandum studiosæ  
iuuentutis conatum, in explicandis expurgandi ex-

cusandique formulis præciorum apparatus ali-  
quem ceu locos quosdam communes indicare. Nam  
& hanc diligentiam, cum olim Lutetiæ Gallorū mihi  
ingenia optimarum artium studijs excolenda susce-  
pissim, desiderari à multis animaduerti: & illa de-  
num laudabilis, prudens atque honesta exordiendi  
est ratio, quæ suscepti officij causam excusationeque  
habet: ne qua in laudando assentatio aut popularis  
rumor, in uituperando inuidia, in suadendo cupidi-  
tas, in accusando similitas, in defendendo gratia  
quæ sita uideatur.

Quæ exor-  
dij sint ob-  
seruanda.



## Loci aliquot

comunes exordiendi per pro-  
lepsim in genere demonstra-  
tiuo.



**IN EPISTOLIS LAUDATO**  
rijs hæc ferè exordiendi proponitur ra-  
tio. scribimus enim uel ad eum, quicum  
nobis studij, uitæ, uoluntatisque consti-  
tuta est societas: uel cuius nunc primū  
amicitiam beneuolentiāmque contrahere conamur:

Loci comu-  
nes exor-  
diendi.

n. ij.

aut aliorum literis respondemus. Non est difficilis ad eum scribendi ratio, qui iam ante ad nostram se benevolentiam contulit: propterea quod illius erga nos animus nobis est cognitus & quasi perspecta benevolentia. Minor etiam aliquanto est cura respondendi. Nam & scribendi nobis argumentum affertur, & amplificationis loci ex causa ipsa nascitur.

Cum ad ignotum scribimus, erunt omnia epistolae argumenta ex causae ipsius neruis ac uisceribus potius, quam ex communibus rhetorum praeceptis ducenda: atque ita quaesita demum & deliberata causa consulendi loci communes uel ad civilem favorabilemque; aliquem ingressum, uel benevolentiam captandam.

## EIVSMODI FORTASSE ERUNT.

INCREDIBILIS MEVS ERGA TE amor, aut constans potius perpetuaque; mea praestantis ingenij tui, prudentiae atque laudis admiratio, ut ad te scribam me impulit: uicitque; naturae meae cum pudorem, tum moderationem. Nam cum libenter eorum suffragari solem dignitati, quorum laus cum Reipublicae coniuncta est splendore, tum multis de causis a me es laudandus, & propter singularem tuam erga me benevolentiam ualde amandus &c.

NATURA FERRE COMPARATVM est, ut quarum rerum gloria ipsi ducamur, in quibus eae praecipue laudentur, eorum nobis conciliare benevolentiam studeamus. Habet enim gratiam alienae uirtutis commendatio: & ipse ille liberalis honesti amor bene uolentiae inter nos studium concitat atque auget.

NULLA FIRMIOR EST AMICITIA arctiorque; uitae societas, quam quae ex morum ingenijque similitudine paratur: eoque fit, ut qui in eodem laudis ambitum incumbant, mutuo se ament, communique; laudis ac gloriae studio faueat atque gratuletur. Quod in causa fuit, ut cum te &c.

CVM EA SIT ADMIRABILIS uirtutis tuae magnitudo, omnium ut animos ad te studiose amplectendum concitet atque impellat, mirari non debes &c.

CVM OMNES QUI IN ALIOVA studij laude uersantur, gloriae tuae mirabiliter faueant, non potui non declarare, quae mea erga uenerationem tuam esset uoluntas.

ET ANTEA VIRTUTVM TVARUM pulchritudine mirabiliter sum accensus, & noua laudis tuae, quae indies magis ac magis efflorescit, accessione sic afficior, ut totum me ad rationes tuas adiungere cogar.

QUI ANTEA TECVM MIHI communi quadam uirtutis uoluntate constitutus fuit amor, is plurimis postea tuis in communem Reipublicae officij auctus in summam accreuit benevolentiam. sic enim in omnem amplissimarum rerum gloriam incubis, ut cum caeteros in summam maximarum uirtutum tuarum admirationem conuertas, tum uerò me ad te colendum amandumque; excites atque impellas.

SI VIRTUTIS proprium est optimorum hominum animos atque uoluntates conciliare, sperare licet, nostram eam gratiam firmissimam fore, quae non uulgaribus officij.



ficijs, sed naturæ cōciliatione primum inita, & meo perpetuo de pluribus tuis uirtutibus iudicio est confirmata.

**SI NULLVS** iustior est honos, q̄ qui uiris claris ppter magna in Rēp. merita debetur, facile agnosco, quantum omnes, qui Rēp. saluam esse cupimus, tibi debeamus.

**CVM NULLA SIT** neq; iustior, neq; grauior necessitudinis amicitiaeq; caussa, q̄ animorum studiūq; coniunctio atq; societas, mirari non debes, si meis his literis occupationes tuas grauissimas interpellare audeam.

**QVOD ANTE HVNC** diem nullas ad te literas dederim, in caussa fuit, q̄ meæ imbecillitatis conscientia deterritus, in tuā me consuetudinē, quā meus mihi pudor clausit, non fui ausus insinuare.

## Exordium epistolæ ad amicum.

**ANNOTAVI MVS** SUPRA facile esse ad eū scribendi rationē, qui nobis iam ante aut officiorū, aut cognationis necessitudine est conciliatus. Si quis tamen præceptiones cōmunes requirat, erūt eiusmodi quidā exordiendi loci.

**QUANQVAM** non ignorem omnia te dignitate metiri solere potius, quā amicorum uel iudicio, uel laudis ambitione, faciendū tamen mihi pu-

taui, ut me cognosceres cum dignitatis tuæ fautorē, tum uero laudis amplificatorē. Hoc enim me & Rēi pub. quam tu illustri omnium uirtutum exemplo quotidie ornas, & nostræ necessitudini debere semper iudicauit.

**CVM OMNES** qui de gloria ac uitæ splendore cogitant, magnam tibi debeant uenerationē, tu à me tibi uel propter communis beneuolentiæ cognationisq; necessitudinem, uel tua in me maxima beneficia omnia officia debentur.

**SI MIHI NON** tecum grata amicitia uetustas, quotidiana uitæ consuetudo, summa uerò propter plurima tua in me officia necessitudo intercederet, nullum tamen possem pro meo de excellentis naturæ tuæ bonitate iudicio, prædicandi tui dimittere tempus.

**MAGNAM** capio animo delectationē ex ea laudis tuæ nobilitate atq; prædicatione, quā tibi admirabili consensu docti omnes tribuunt. Sic enim afficior, ut cum antea affinitatis uinculo tibi essem obstrictus, nunc etiā tua magis gloria, quā rebus meis omnibus delecter, gaudeamque occasionē mihi datam omnia mea ad nominis tui amplitudinē studia cōferendi.

**CVM EST OMNIS** ueterū officiorum iucunda recordatio, & grata memoria, tum is fructus est amplissimus, quem è recenti optimi cuiusq; laude capimus. Habet enim & nouitas gratiam admirationemque singularem, & accessio luculentam utilitatem.



QVOD MIHI pro mea summa in te uenera-  
tione curæ fuit, ut nominis tui gloriam charissimã  
mibi esse intelligeres, id mihi aliquando faciendum  
fuit. Ea enim eruditionis, prudentiæ atque humani-  
tatis tuæ publica est commendatio, nemo ut uir bo-  
nus sit, qui nõ gloriæ tuæ faueat atq; cõgratuletur.  
Eiusmodi loci facile petètur ex rhetorũ præceptis.

## Exordium de- clamationis.

**E**ADEM EST EXORDIENDI  
ratio in declamatiõibus, in uectiuis, &  
cencionibus, quã suprà in epistolis ostẽ-  
dimus: nisi quod & breuius & simpli-  
cius in epistolis omnia tractètur. In cõ-  
cionibus uerò ad cõciliandã uel retinendã multitu-  
dinis beneuolentiã, omnia & copiosius & illustrius  
explicãtur. Adferenda enim cõsiliũ ac uoluntatis no-  
stræ ratio cũ honesta aliqua & liberali officij com-  
mẽdatione, & προλαΐα nonnunq; tacitæ inuidiæ:  
arrogantiæq; atq; iactationis suspicio est amouẽda.

LOCI EIUS  
SVNT A

Persona & rebus,  
Instituti ueterum,  
Officio,  
& eiusmodi circumstantijs.

ARDVVM & imprimis difficile esse, eius  
hominis laudes oratione complecti, qui omnem lau-  
dis nobilitatem uirtutis magnitudine superauit. ut

si ad hunc modum exordiaris.

Πρότασις κατὰ τὴν πρόληψιν.

QV ANQV AM DIFFICILE EST ET  
arduum, eius hominis laudationẽ complecti, qui in  
omni laudis genere maximè floruit, & qui omnium  
excellentiũ uirtutum admirationem in se conuer-  
tit, nulla tamen pudoris ratio hanc meam operam  
officij; religionẽ uel defuncti honori supremo, uel  
amicorum uoluntati debitam potuit detrectare.

Aitiã.

NAM ET EA ME PRAECLARIS  
illius in me beneficijs, quæ optimo cuique præstan-  
da sunt, debere intelligo: & optimorum homi-  
num negligere uoluntatẽ eius esse arbitror, qui nul-  
lam supbiæ ingratitude; metuit reprehensionẽ.

Απόδοσις.

QVOD EO FECI LIBENTIVS, QVO  
clarius illustriusque uirtutum omnium exemplum  
in huius uiri prædicatione cunctis proponitur.

Αξιωμα.

QV ANDO IGITVR AGGREDIOR  
rem magni nominis, magni exempli, gloriæ, nouita-  
tis, peto à uobis ut uestram mihi attentionem bene-  
uolentiãque accommodetis. Aliud,

CVM OMNIS PRAECLARISSIMO  
rum hominum uirtus illustri gratia excipiat, tũ  
eorum iucunda laus esse solet, quorum animi pru-  
dentia consilijs; magnitudinẽ Reipub. dignitas est  
conseruata. Nam & suam quisque fortunam iucũ-  
ditatisque ac uitæ sensum cum Reipub. coniunctum

esse putat: & ij demum in quadam gloria nominif-  
que eternitate uiuere creduntur, qui pro Repub.  
otium deuouerunt suum.

NULLA RE HOMINES AD OM-  
nia honesti officia uitæq; dignitatem amplectendā  
magis excitantur, quā excellentiū uirorum laude  
atque æmulatione &c.

NATURA ADFERT, VT OMNES,  
qui de nominis nostri gloria atq; Reipub. salute ca-  
gitamus, alienæ uirtutis prædicatione ad res præ-  
clare agendas impellamur atq; excitemur.

AB INSTITVTIS VETERVM.

MVLTÀ SVNT ET PRÆCLARA  
ueterum instituta, P. Ampliff. nihil tamen præclarior  
ad laudis atq; gloriae splendorem excogitari potuit,  
quā optimorum ut uirorum laus publica habere  
tur. Nam & præstātiſſimus quisq; gloriae, QVA  
SOLA uitæ breuitas compensatur, cupiditate ma-  
ximè ducitur: & perirent maximarum uirtutum  
studia, nisi in posterum animus laudis ac fame præ-  
dicationem præſentiret. Nullus enim pro Repub.  
labor, nulla pro patria uitæ dimicatio, nullū in om-  
ni laudis genere studium, si ignobilis optimarū uir-  
tutum commendatio eſſet, poneretur. Itaq; &c.

SI BENE PRÆCLAREQVE DE  
rebus humanis mereri uidentur, qui illustrium uiro-  
rum proposito exemplo ad laudis atq; honoris stu-  
dium alios prouehunt atq; impellunt, sperare mi-  
hi benè de ueſtra erga me cum beneuolentia, tum

attētionē licet. Eum enim in hac mea oratione lau-  
dādum mihi ſumpſi, in quo ſicuti uirtutum omniū  
ſunt exempla, ita præclara eius facta nec memoria  
conſequi, nec oratione complecti poſſum: quare gene-  
ra ipſa tantū attingam, quādo uox me citius, quā  
orationis defecerit argumentum.

NULLVM MAIVS AVT EXCEL-  
lentius eſt beneficium, quā quarum rerum gloria  
Reipub. decus continetur, earum ſtudijs uel exem-  
plo iuuentutis animos ad omnem uirtutis pulchri-  
tudinem inflammare.

LICEBIT ET AB OFFICIO EX  
ordiri, ſitq; tale exemplum laudationis per  
ſonarū ab officio & cauſæ magnitudine.

ETSI VEREOR, AUDITORES HV  
maniſſimi, ne propter eruditionis egeſtatem, pueri-  
liſque linguæ lubricum, temere ac impudenter fac-  
re uidear, qui in hunc doctiſſimorum hominum cœ-  
tum diſcurus conſcenderim, mea tamen de ueſtra  
humanitate opinio fiducia mihi adfert, benè de uo-  
bis uniuerſis ſperandi.

Aitīa.

NAM CVM HIC LOCVS OMNI-  
bus ijs pateat, qui ſuam ad Reipub. decus & opti-  
morum hominum laudationem cōferre induſtriam  
ſolent, ſperabam mihi quoq; ueſtram beneuolētiam  
non deſuturam. Et ea cauſæ huius dignitas lau-  
dationiſque eſt amplitudo, ut inde plurimum ho-  
noris & patriæ communi, & uobis omnibus ad-  
feratur.

Ἀπόδοσις.

CVM VERO EORVM, QVI IN OPTIMA Repub. amplissimis honoribus sunt perfuncti, æmulatione libentius ad omnem dignitatis ambitum incendantur, uideo causam esse, & huic temporis opportunam, & uobis non iniucundam &c. Hic causæ argumētum paucis indicabitur.

πεὶ ὁ λυψίς tacitæ reprehensionis.

QVOD TAMEN ME IN NVLLAM mei commendationem facientem, neq; quod popularem gratiam, quæ iustam uirtutis laudem sepe corrumpit, ambitiose aucuper, si uestra facilitate alleuaueritis, intelligetis nimirum, neque in dignitate uestra amplificanda, neque in publicis communis patriæ honoribus augendis industriam meam uobis unquam de futuram. Quare à uobis peto &c.

## Loci aliquot

communes exordiendi in genere demonstratio rerum & factorum.

**R**HETORES IN HOC genere breuiora exordia esse oportere præcipiunt, propterea quod ipsa rei, quæ laudatur, uel facti dignitas popularem fauorem meretur.

AB OFFICIO PLAERVNQVE VEL ad excusationem, uel commendationem, uel beneuolentiæ conciliationem adquirendam exordimur. quæ quoniam frequentius fit in genere iudiciali, referemus illic aliquot locos communes.

A REI DIGNITATE ATQVE utilitate.

CVM MVLTAE PRAECLARAE res sint, quibus uel Reipub. amplitudo illustratur, uel uitæ dignitas retinetur, tum nihil ad instituendos mores efficacius fingi potest, quam ut præclarissimorum hominum fortibus conatibus propostis, iuuentutis industria ad omnem laudis pulchritudinem excitetur.

NAM ET PRAESTANTISSIMORUM uirorum laudatissimis exemplis optimus quis que uehementius, quam nudis philosophorum præceptis ad Reipub. decus, ad laudem, atq; res præclare agendas inflammat. Et ipsa illa fortium factorum æmulatio æu quibusdam uirtutis stimulis, ut in laudis æternitatem incumbamus, nos hortatur atque impellit. Itaq; &c. Hic enim explicabitur rei ipsius summa quædam & illustris dignitas.

A CIRCUNSTANTIIS LOCI uel temporis per quandam querelam.

QVOD MIHI IN VOTIS FVIT, P. Ampliss. ut si meas rationes ad earum rerum, quibus communis patriæ salus retineretur, amplitudinem conuertissem, daretur aliquando mihi occasio mei erga

uos animi declarandi, id mihi hoc tempore propè  
necessarium esse uideatis. Nullum enim post homi-  
num memoriam tempus extitit, quo rariora omni-  
um uirtutū exēpla in hac Repu. & quasi senescen-  
te Romani nominis laude fuerint. Incidimus enim  
sive fato, sive culpa nostra & uirtutum neglectio-  
ne, in eam ueteris disciplinae perturbationē, ut pro  
labore desidia, pro industria ignauiā, pro laudandis  
simarum artium studijs, fœda animi corporisq; ui-  
tia in Remp. inuecta esse uideantur. Ut igitur à  
communium officiorum religione dilapsam iuuen-  
tutem in ciuitam laudis possessionem restituam, uo-  
lui ex hoc loco, &c.

## A MAIORVM INSTITVTIS.

CVM VESTRA RESPVB. P. AM-  
pliss. maiorum institutis, prudētia, admiratione abū-  
det, tum nihil præclarior ad laudis atq; gloriæ splē-  
dorem institui potuit, quàm ut hoc ex loco præstan-  
tissimorum hominum excellētia & fortia facta iu-  
uentuti proponantur amplectenda.

LAVDATVRI VIRTVTEM ALI  
quam, aut eam artem, cuius professionē suscipimus,  
frequentius ferè exordinur prolepticis ab officio:  
& nouitatis inuidiam longa oratione amolimus hoc  
quasi modo:

## Ἐῶτῶσις.

ETSI INFIRMITATIS MEAE  
conscientia non mediocrem mihi, quale de me iudi-  
cium facturi sitis, solitudinem adfert, uester ta-  
men liberalis conspectus ut magno fortisq; sim ani-

mo hortatur. Cum enim iam inde à primo ætatis  
meæ deflexu in eam cogitationem incubuissem, ni-  
hil ut expetendum præter honestatem esse mihi per-  
suaderem, putabam hunc mihi uel ad gratiam, uel  
ad studij commendationem ingressum unicum pa-  
tere, si ipse nascentis uirtutis expectationem aliquā  
de me excitarem. Quod ut facerem, suscepi &c.  
Hic utilitas rei, uel facti paucis laudabitur.

## Ἐῶτῶσις.

QVA TAMEN IN RE NON ITA  
mei ignorance laboro, ut nesciam honori meo con-  
sultu rectius fuisse, si me liberum inuidia, qua for-  
tes excelsiq; conatus non cœruerunt, inter priuatos  
continuissem parietes: propterea quod certorum ho-  
minum odio in eam incidimus miseriam, ut quoti-  
es præclare faciamus, toties audiamus male. sed me  
tamen uicit cum mea de uestra humanitate opinio,  
tum etiam optimorum hominum uoluntas. Itaque  
animum suscepti oneris magnitudine stupentē, ipse  
colligam: & quemadmodum nauiculatores faciunt,  
qui in altum mare euecti artis esse putant, cū per-  
ueniendi quò contenderant, spes adimat, minore  
tamen cum periculo tempestate obsequi: ita mihi sa-  
tis fuerit, eum me honestissimum præstitisse cona-  
tum, qui ut omnibus in rebus suam habet laudem,  
ita eum mihi ad gratiam sussecurum confido. A  
uobis igitur pro mea perpetua in uos ueneratione  
atq; uoluntate omni gratia contendo, ut mihi &c.  
TALE QVOQVE EXEMPLVM IN  
publica artis cuiusdam professione esse poterit.



SI QVIS FORTE NUNC ADSIT,  
 V. O. ignarus consuetudinis, facilitatis, beneuolentiae  
 erga eos omnes meae, qui inflammato studio ingenij  
 sui uim omnem ad pulcherrimarum rerum laudem  
 atq; gloria conuertunt, miretur profecto, quae tanta  
 sit animi magnitudo, ut in prouehendis commu-  
 nibus literis nullum uitae spiritum tranquillum du-  
 cam: neq; tamen ambigat, quin naturae meae facili-  
 tas, officij religio, pudoris ratio optimorum homi-  
 num uoluntati fuerit concessa. IDEM si depo-  
 sita ambitione liberè ac uerè de hac mea uoluntate  
 existimare uoluerit, sic constituet, neq; descensurum  
 me ad huius professionis amplitudine fuisse, si quo-  
 rum praestabili eruditione scholae huius celebritas  
 illustratur, eorum mihi auctoritati ullum honestum  
 studium detrectare licuisset: neq; cum semel descen-  
 derim, aliud captaturum, quam meos ut conatus ani-  
 morumq; sensus ad augenda studia uestra conuer-  
 tere dicar uoluisse. CVM ENIM eorum, qui hoc  
 à me contenderunt, sit ferè nemo, cuius non extet  
 in me suum beneficium, cui non sim obstrictus be-  
 neficij memoria sempiterna, intelligebam integrum  
 mihi iam non esse, ut quos olim nulla re alia, q̄ ho-  
 nestae uoluntatis conscientia adductus labores sus-  
 cepissem, eos nunc proposito honore uel delato de-  
 ponere: ne si optimorum hominum negligam uolun-  
 tatem, superbiae culpa inhumanitatisq; contracta ui-  
 deatur. ET CVM ingenij mei industriam in earum  
 rerum amplitudine libenter ponere soleam, quarum  
 gloria uitae dignitas retinetur, uel laudis splendor

illustratur, facile sum passus in pristinum me docedi  
 more uel reijci uel relabi: susceptiq; quod imponeba-  
 tur onus non tam perueniendi quod me uocatis fidu-  
 cia, q̄ progrediendi quatum possem uoluntate. MALO  
 ENIM, cum in hac perdifficili & lubrica docedi ra-  
 tione, & sicut nouitatis, ita inuidiae plenissima obe-  
 unda optimorum hominum studio sim obsecutus, suo ip-  
 si de me iudicio, si conatus hic meus successu desti-  
 tuatur, aliquid detrahatur, q̄ si illis defuero, beneuolen-  
 tia erga se meam desideret uel uoluntate. NE QVE  
 TAMEN huius mihi arrogatiae insolentia ipse im-  
 pono, ut cum oia hic angustiora sint, q̄ quod conat⁹ mei  
 imbecillitas aspirare possit, uestrae me expectationi  
 satisfacere posse confida: sed quod huius studij argumē-  
 to declarè, oia mea studia cum dignitate uestra esse co-  
 iuncta. HAEC SI MIHI causa non esset, tamē  
 rei ipsius, quae à me suscipitur, dignitas, cuius splen-  
 dore omnis antiquitatis memoria, omnis uitae pro-  
 pugnatio ac Reipu. decus continetur, hunc mihi la-  
 bore imponere possit &c.

## Ratio agendi

gratias.



NITIO EPISTOLARVM  
 aut etiam orationis utimur aut re-  
 cta gratiarum actione, aut obliqua.  
 Nam aut agimus, ut magnis offi-  
 cijs acceptis respondere uelle uideam-  
 o.i.

mur: aut declaramus constantiorem amicitiam ma-  
iùsq; beneficiū esse, q̄. ut gratiæ agi debeant. Erūtq;  
eiusmodi recti exordij formulæ:

**MULTAE SVNT CAUSSAE, QVAM**  
obrem existimem ad referēdam gratiā tibi me nū-  
quam satisfacturum, ad prædicandam uerò, & tri-  
buēdam aliquando esse fortasse satisfacturum. Ex-  
pertus enim in te sum cum gratissimi hominis be-  
neuoletiam, & amicissimi fidem, tum uerò pruden-  
tissimi in meis periculis propulsandis consiliū. itaq;  
eò referenda omnis cogitatio mea, ut tuæ erga me  
pietatis atq; officij referas fructum.

**INCREDIBILEM TVVM ERGA**  
me amorem ac studium singulare ut libenter agno-  
sco, ita studio colam sempiterno.

**QVOD TVAM MIHI OBSERVAN-**  
tiam, liberalitatem, beneuoletiam nouo humanita-  
tis exemplo declaraueris, & gratias ago immēsas,  
& quandiu uitam hanc egero habebo.

**QVIBVS TIBI VERBIS GRA-**  
tias agam non reperio. Sunt enim in te omnia au-  
gustiora illustrioraque, quàm quò conatus mei insir-  
mitas aspirare possit. Itaque cum parem beneuo-  
lentiam nauare non possim, studium tibi meum uel  
agnoscendo, uel prædicando beneficio libenter de-  
clarabo.

**QVANOQVAM LIBENTER TIBI**  
& gratissimo animo gratias habeo, tuū tamen stu-  
dium, quod mihi in rebus meis omnibus conferuan-  
dis plurimum detulisti, non tam mihi nouum atq;

iucundum, quàm gratum & necessarium fuit.

**ETSI NULLA ORATIONE PAR-**  
tuis promeritis gratia haberi potest, malo tamen  
tuis me beneficijs uictum confiteri, quàm eorū que  
acceperim dissimulatione haberi ingratus.

**MULTIS IN REBUS COGNITVM**  
mihi est, quotidie pro mea dignitate fideliter at-  
que honorificè à te dici fierique multa, nihil tamen  
mihi ex omnib⁹ beneficijs gratius fuit, q̄. quod & c.

**SI PARENTES CHARISSIMOS**  
habere debemus, quòd ab ijs nobis uita tradita sit,  
debeo tibi quoque plurimum, cuius beneficio in am-  
plissimum honoris gradum sum adductus. Nam  
neque gratior cuiquam uita, quàm honos esse de-  
bet, sine quo omnis ignobilis, obscura, & ingrata est  
uiuendi ratio.

**QVOD TAM PRÆSTANTI IN**  
me beneuolentia & diuino quodam studio esse uo-  
lueris, dici non potest, quantam apud me gratiam  
merearis.

**EA EST LIBERALITAS, BENE-**  
uoletia, benignitas erga me tua, ut quum in rebus  
tuis ornandis fecero ennia, aut plus etiā quàm usus  
meus ferat contendere, minus tamen assequar, q̄  
tibi me debere intelligam.

#### EXORDII EXEMPLVM.

**EXIMIA VESTRA ERGA ME BE-**  
neuoletia, dignitatisque amplitudo, qua studia mea

hodierno die in maximam honoris pulchritudinem adduxistis, viri clarissimi, cum certum mihi benignitatis uestrae argumentum fidemque faciat, tum uerò ipsius honoris sensu obstupescit, ac metu quodam curaque sollicitat. VERE OR enim ac pertimesco, ne in tanta uestra uel ingenij laude, uel fortunæ amplitudine, uel gloriæ admiratione uestram benignitatem ullo satis amplo honestoque beneficio deuincire queam. ET HOC mihi magno opere metuendum est, ut quoniam singulari ac incredibili fauore studij mei profectum & decursum confirmastis, ego non perinde expeditus uel in agnoscenda, uel in referenda fuisse uidear gratia. SI QU IDEM arduum imprimis est magnis & immortalibus beneficijs parem gratiam referri posse: & iuxta Hesiodi præceptum, quæ utenda acceperimus, maiori mensura reddere fertilium agrorum exemplo. Et fidei tamen nostræ conducit, IN LO CO & tempore beneficium rependere: propterea quod nullum officium referenda gratia est magis necessarium. QU ARE mihi tot & tantis uestris beneficijs obstricto necessariò petenda est uenia, ut si uobis parum cumulate gratias egero, ne meæ naturæ potius, quàm uestri beneficij magnitudini id tribuendum existimetis. Quæ enim tanta eloquentia, quæ tanta ingenij uis, tanta ubertas omni eloquentiæ genere affluens esse potest, qua gloriæ uestræ ac beneuolentiæ magnitudo non modò oratione ornari, sed enumerari possit? Declarastis enim incredibilem & omni memoria inauditam ue-

strorum animorum mansuetudinem &c.

## OBLIQUA EXORDIENDI RATIO.

SI PVTAREM AD REFERENDAM gratiam, uel prædicandam satisfacere me posse, multis tibi uerbis gratias agerem. Nunc uerò cum nostra amicitia perpetuamque beneuolentia uerbis crescere non possit, nolo in prædicanda tua benignitate officiosus uideri.

CVM MERITORVM TVORVM amplitudinem mutuo officio amplecti nequeam, non putauì committendum mihi esse, ut agendis gratijs beneficium reponere uidear uoluisse. Magnam hi loci cum superioribus habent cognationem.

FINEM EPISTOLARVM, QU IBVS gratias agimus, his fere clausulis facimus illustriorem.

QU ARE SI MIHI VITA contigerit, omnes gratas amicitias atque pias propinquitates in tua obseruantia, studio, indulgentia, assiduitate uincam. Hoc certe tibi pollicor, me omnia, quæ ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, summo semper studio suscepturum & defensurum.

TIBI IGITUR, QUO D SIC DE me sis meritis, persuadeas uelim, in tua me uoluntate perpetuo futurum: nullamque rem esse minimam, quæ ad te pertineat, quæ non mihi charior sit, quàm meæ res omnes: idque cum sentiam se dulitate mihi met ipse satisfacere possum, re quidem ipsa ideo mihi non satisfacio, quod nullam partem



tuorum meritorum, non modò referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum.

IN REBUS TUIS ME OMNIBUS pari studio & uoluntate, qua fortunas meas auxisti, futurum cognosces: nec modò gratiam habiturum, sed etiam cumulatiſſimè redditurum.

SI QUIBVS TE REBUS ORNARE possim mihi significaueris, reddam cumulatiſſimè debitum tibi officium: nullaque mihi tui amplectendi, colendique uoluntas deerit.

SI QVA MIHI DETVR OCCASIO res tuas amplificandi, elaborabo omnes ut intelligant à me habitam esse rationem cum beneficij, tui dignitatis tuæ.

IN REFERENDA GRATIA HOC tibi repromitto, semperque præstabo, mihi neque in rebus tuis augendis diligentiam, neque in periculis propulsandis animum, neq; in negotijs industriam, neque in amicitia constantiam fidemque tibi defuturam meam.

HOC TIBI VELIM PRO MEA IN te ueneratiõe persuadeas, nullam esse gratiam, quã uel non capere animus meus recipiendo, uel remunerando cumulandiſſimè illustrare possit.

IN CONCLVSIONE HOC FERRE sequimur, ut sine superba, aut ambitiosa rerum nostrarum iactatione polliceamur uicissim nos omnis fortunæ nostræ cõitatem meritò facturos: aut si reponendi beneficij facultate destituamur, animum tamè nostrum beneuolũ propèsumq; conatũ pollicebimur.

## Exordium generis deliberatiui.



**E**XORDIENDI RATIONEM eam optimam esse iudicauimus, quæ prolepsin tacitæ reprehensionis ad dissimulandam arrogantia cupiditatem habcret. Qualis est illa lib. 4. epistol. ad M. Marcellum imprimis uenusta: Etsi epote, inquit, adhuc consilio usum intelligo, ut id reprehendere non audeam, non quin ab eo ipse dissentiam, sed quòd ea te sapientia esse iudicam, ut meum consilium non antepanam tuo: tamen & amicitia nostræ uetustas, & summa erga me beneuolentia, quæ mihi iam à pueritia cognita est, me hortata est, ut ea scriberem ad te, quæ & saluti tuæ conducere arbitrarer, & non aliena esse ducerem à dignitate. Nos etiam exemplum suasoriae uel adhortatoriae epistolæ instituendæ simpliciter iuuentutis subtexuimus.

QUANQUAM TE PRO ANIMI tui altitudine non arbitror monitis meis & præceptis egere, ut tamen me quoque de dignitate tua cogitare intelligeres, putauit hæc pauca ad te scribi oportere. Quod certè amore impulsus feci, non quòd prudentiam tibi ostentarem meam, quod esse arrogantis uideri possit, sed potius ut meæ erga te



obseruantiae ac uoluntatis significationem aliquam facerem. Nam & dignitati tuae, quam honestissimis optimarum artium studijs parasti, mirabiliter faueo: & nullum meum in te officium praeteriri sine graui culpae reprehensione posse mihi persuadeo. Quare pro ea, quae tecum mihi constituta est officij ac uitae consuetudine tibi suadeo, & etiam adhortor, ut in eam curam ac cogitationem magnis conatibus incumbas, quae tibi summam ingenij famam & nominis gloriam adferat. Neque committas in hac optimorum hominum de te expectatione, in optima aetate, in summa occasione, ut propter pigritiam ipse tibi defuisse, aut propter desperationem gloriae tuae cursum impediuisse uidearis. Non enim conuenit neque iam integrum erit, qui ingenij moderatione ac industria certorum hominum inuidiam fregeris, in ipso nunc honoris decursu, uel labori succumbere uel laudi.

HINC SEQUUNTUR LOCI COMMUNES eius rei, quam sequendam & amplectendam proponis.

PVLCHERRIMUM QUOQUE EXORDIUM erit, uel epistolae, uel orationis, quod sumptum sit ab apophthegmate: quale est,

QUOD ALEXANDER REX INUITISSIMUS sibi permisit, qui cum munera sua sperni a Zenocrate philosopho intelligeret, respondisse fertur, Zenocrati quidem regis Alexandri munificentia opus non esse, sibi tamen prope esse necessarium, ut liberalis in Zenocratem uideatur. Idem

mibi uel ad gratiam, uel ad huius temeritatis ueniam profuturum puto: ut quanquam nullis meis consilijs egeatis, ego tamen officij mei putem, quae ad dignitatem Reip. pertinebunt, uos comones facere. BREUIA omnino in hoc genere sunt exordia & ueluti insignes sententiae, quarum aliquot iam ostendimus formulas.

## Expurgandi officij ratio in exordio generis iudicialis.

**D**IUINATIO CICERONIS, Accusatio. eiusque in Verrem actio quinta, elegantem, illustrem, & admirabilem habet officij commedationem locis omnibus amplificatam: & extant in hac rationem ubique apud Ciceronem pulcherrima prudentissimaque exempla. Indicabimus tamen nos aliquot eius locos, si forte nostra mediocritate atque consilio iuuetus ad studia eloquentiae excitari magis possit. Sit igitur eiusmodi exordij locus ab officio ductus, ad demoliendam omnem ambitionis inuidiam. VEREOR iudices, ne quod de amicorum sententia ac uoluntate facio, audacia potius quam officium, temeritas quam obsequium, appellata censendaque uideatur.

tur. Graue enim est, in hac lubrica uitæ ratione, in tantis præsertim hominū suspicionibus, aliorū uitā corrigere ac reprehendere peccata. Et qui hoc sibi sumit, ut nocentissimorum hominum scelera à Reipublica remoueat, nulla re alia nisi communi uirtutis uoluntate cōmotus, is sibi, ne ab officij religione declinet, omnē uiuendi licentiam præcidit. Quo etiā grauius fero hoc munus ab ijs mihi impositum esse, qui ut hoc susciperem cum iubere sua auctoritate possent, efflagitare tamen maluerūt: effecerūtq; suo incredibili erga me studio, ut hoc quicquid est officij, amplius detrectare nō fuerim ausus. Quæ in re me præcipuè solatur, q̄ nulla gloria ac laudis ambitione inductus ad hanc accusationem accesserim: sed ne fortunæ ac sanguis innocētū, ne afflictæ ciuium dignitas in perniciem pertraheretur, opera mea ac diligentia prouidēre uolui. Non enim cōsuetudinis est meæ cuiq; in rebus afflictis atq; calamitate insultare: aut intercludere fortunæ persugiū, aut casum infestum obijcere, à qua illiberalitate & natura, & studio semper abhorrens fui: sed ut constantem ac fortē optimorū hominum defensionem cunctis pollicerer &c. Non sum ignarus, iudices, quàm multæ non obscuræ simultates in accusando mihi sint suscipiendæ: quare sic agam, nullam ut animi mei ægritudinem, sed quod grauitas me uestra, quod auctoritas, quod periculi magnitudo postulat, ad hanc causam uidear attulisse. Neq; enim in hac tanta cōmunis inuidiæ ambitione has partes sustinerem, nisi hoc mihi onus honorifica optimorū

hominū uoluntas imposuisset. Nolim in hac mea actione, iudices, ambitione, qua semper carui, in me quisq; reprehendat, qui misericordia adductus, hanc mihi solitudinem imposui, non quod alteri periculum crearem, sed ut miseris leuarem perditas atq; afflictas ciuium fortunas. Causam ego hanc suscepi, non quod aliquam bonam mihi gratiam ex defensione queram, aut simultatem ex accusatione suscipiam, sed ut laboriosissimam hanc uitæ meæ rationem ad cōmune Reipublicæ præsidium cōuertere uidear uoluisse. In hac ego causa sic mihi rationem constare uolo, ut in homine innocentissimo defendēdo, cuius mihi omnibus in rebus cognita est ac perspecta innocentia: neq; fidei officijq; religio, neq; cuiusq; amicitia in cōfutandis aduersarijs uiolata esse uideatur. Causam ego hanc propterea suscepi lubentius, quod existimarem nihil me posse uel honorificentius ad publicam iudiciorū famam, uel æquius ad propugnandas ciuium fortunas, uel uehementius ad infringendam certorum hominum audaciam libidinēq; coercendam facere posse.

MAGNUM fortasse onus, & maius uiribus meis suscepi, sed tamē eiusmodi, quo optimus quisq; & maxime laudis cupidus omnes neruos industrie cōtendere debeat. NON AVTEM ualde laboro, iudices, ut huius mei facti rationē causamq; uobis probem: quē si non rogatus, & multis optimorum hominū querelis atque lachrymis à naturæ meæ statu deductus suscepissem, si hoc à me officij non ij poposcissent, quorū ego uoluntatem negligē-

Ab officio  
& infirmitatis  
Veterū.

re aut aspernari auctoritatem sine gravi superbia  
 crudelitateque culpa non possum, si no perpetua ni-  
 tae meae consuetudo atque in Republicam voluntas  
 me coegisset, tamen causa digna fuit, cur mihi in de-  
 fendendis civibus unius hominis improbitas mihi inimi-  
 citias appeterem. Etenim multorum mihi preceptis  
 persuasi, qui permiciosum & improbum Republicae  
 civem in tus vocat, eum laudandum esse ac diligen-  
 dum: propterea quod certam ac perpetuam comu-  
 nis officij ac virtutis voluntatem studiumque cultis  
 proficitur. Et cu hoc saepe multum & graves viri ante  
 me fecerint, quoniam ego humanitatis atque officij ex-  
 emplum secutus, spem summi praesidij civibus meis  
 proponere volui, non vereor, ne quis non existimet,  
 summam a me officij rationem habitam esse &c.

IN DEFENSIONE PVLCHRE COM-  
 mendabitur officij nostri ratio, si dicamus: Cu in om-  
 nium civium formis propugnandis iusta necessitas  
 dicitur causa atque esse debeat, tum ea etiam neces-  
 saria est, quae amicum periculis vel propulsandis,  
 vel retinendis voluntatibus conceditur.

Hec proemij propositi sibi etiam deinde ratione probabi-  
 tur. Nam cu optimi hominis perpetua in me volun-  
 tatis amicitiaque virtus hanc operam requirat, tum  
 vero humanitatis consuetudinisque magis necessa-  
 ria ratio, ut hoc facerem, prope modum impudenter  
 cogit. Declarandum hic quae nos causa impulerit.  
 Quod eo etiam feci libentius, quod hanc in rem no-  
 admisi sceleris flagitium, non violatae Republicae  
 suspicio, no civium modica, non inimicitiae cum quibus

describo

susceptae in fortunam capitisque uocantur discrimen,  
 sed quod certi homines hoc nefario impetatis sceler-  
 re agant, ut cuius virtutem in florentissima Repu-  
 blica ferre nequeant, eius senectutem, infirmitatem,  
 solitudinemque extinguant. Crescit enim inuidia  
 & pathopoxia his locis. Addetur ad sine petito.  
 Quamobrem a vobis peto, si optimorum hominum  
 consensu & fauor semper plurimum contra pestem ac  
 perniciem civitatis ualere debeat, ut meo huic in defen-  
 dendo labori studium vestrum comune esse uelit &c.

Hanc exordienti rationem excipit locus attentio-  
 nis a causa & magnitudine &c.

CVN VLT A NEQ; IUSTIOR; NEQUE GRAVIOR NE-  
 cessitudinis causa esse possit, quae cotinatio uitae atque  
 uoluntatis, uideor huic mihi iusta de causa tueri de-  
 bere. Adductus enim sum, no tam meo officio, quod  
 optimorum hominum innocentiae propositum sem-  
 per esse uolui, quae hic reus digni-  
 simus est, aut eorum denique auctoritate, qui a me  
 quiduis contendere suo iure possunt, quam bonorum  
 exemplis, maiorum uel iustitiam, praecipue tamen huius  
 rei innocentia, cuius saluti inuidere eos uidebatur, qui  
 omnis uirtutis hostes semper extiterunt. Incidit  
 etiam eiusmodi loci: Quod si non ita iam iude a  
 prima aetatis meae ratione uita iustitiam, ut mihi  
 pershaderem, laudabilem eorum omnium esse conatum,  
 qui pro comuni utilitate omnes labores con-  
 temnit, tamen facerendum mihi no fuerat, ut orn-  
 -sussum homines, ad quos me uoluntates tuendas se-  
 mel dedissem, hanc a me operam auxiliumque amplius



desideraret. Extat in hanc rationē elegantissimum  
exordium pro Archia poëta, pro L. Murena &c.

CUM OMNIS mihi ratio ad propellēda opti-  
morum hominū pericula iustissima mihi semper fue-  
rit, tū eius mihi defensio prope necessaria uidetur,  
qui mihi affinitatis necessitudine, & multis in Rem-  
publicam beneficijs est coniunctissimus. Nam & na-  
tura affert, ut quos nobis Reipublicæ dignitas, ho-  
nestissimiq; in rebus gerendis labores cōciliauerint,  
eorum periculis permoueamur. Nec ulla æquior of-  
ficij ratio esse potest, q̄ eum defendere ac tueri, quē  
non delicti culpa, sed falsa quorūdam criminatio op-  
pressum in capitis discrimen adducere conatur.

VALENDE PRODEST ad conquiendam re-  
rum inuentionem, ad locupletandam orationem, ad  
parandum certum quoddam & sobrium animi iu-  
diciū, plerq; Ciceronis exordia ediscere. Nā & lau-  
dabilem locorum cōmuniū ad officij cōmendationē  
habent inuentionem: & admirabilem cū rerum &  
personarum, tū uero cōsiliōrū proponūt dignitatem.  
Quarū rerū omniū laudem atq; imitationē diligen-  
ter uelim à præceptoribus iuuentuti proponi.

## Deprecandi.



EPRECANDI FORMVLIS  
utimur, quoties in criminalibus actio-  
nibus & omnibus alijs grauioribus  
caussis aut erroris ueniam petimus,

aut ætatis, impulsione, casūque alicuius infesti ex-  
cusatione admissi sceleris culpam deprecamur. Eius  
formæ quoniam multæ in epistolis, præcipuè uerò  
in orationibus Mar. Tullij extant, subiiciemus, quæ  
fere frequentissimæ sunt, ut hanc quoque inuentionis  
solicitudinem studiose iuuentuti adimamus.

Adiuua me quæso laborantem, & graui aduersa-  
riorum inuidia oppressum: alleua hanc mihi solici-  
tudinem, qua defatigor miserè.

Vt patrociniū aduersus infimorum hominum  
perniciē innocentie nostræ miseræ atque afflictæ  
feras, sic à te petimus, ut maiore studio, magisue ex  
animo petere non possimus.

Oro te, si qua erit spes posse studijs bonorum atq;  
suffragatione rē confici, des operā, in eaq; rem incu-  
bas, ut perpetuam uitæ negotiorumq; tranquillita-  
tem tibi feram acceptam.

Te oro, si meam in omni uita moderationem mo-  
destiamq; cognouisti, ut te mihi hodie auctorem &  
præceptorem omnium consiliorum totiusque uitæ  
prebere uelis.

Ignoscas oro, ser opem, qui spem dare innocenti,  
qui dolore iusto moueri, qui causæ æquitate adduci  
soles, moueat tua te misericordia, flectat pietas, alli-  
ciat humanitas, in cōmiserationem deniq; adducat,  
cum fortis humanæ miseræ & semper incertæ, tum  
communis casus recordatio.

Noli quæso tuam miseris benignitatem claudere,  
aut conseruandis hominibus defatigari.

Oro atq; obsecro, ser opem Reipu. faue innocētiæ,



subueni sollicitudini. Quæso abs te, ut aliquam dolo-  
ri meo ueniam tribuas, & mecum contra eos pu-  
gues, qui humanitatem opprimunt, uirtutem lædunt,  
industriæ sunt inimici.

Obtestor oroq; uos iudices, ut florescentem huius  
iuuenis industriam, quæ firmata uirtutis stirpe se  
profundit, non sustineatis aliorum hominum oppres-  
sione peruertere: ut uestro beneficio tectus atq; conser-  
uatus, neruorum suorum omnium atq; laborum fructus  
uobis uberes diuturnosq; pariat.

Peto à te, ut tantum meo dolori & iustæ querelæ  
concedas, quantum oppressæ uirtuti atq; innocentie  
afflictæ concedendum putes.

Illud unum te magnopere oro atq; obsecro, ne fi-  
ctis auditionibus, ne disseminato dispersosq; rumori  
falso innocentis nomen atq; existimationem subicias.

Precor ac quæso, ne me patiamini opibus uestris  
destitutum miserum mortalium casum subire.

A uobis illud peto & rogo, ut quem uestra laude  
cohonestastis, eundem in uitæ periculis uestra uir-  
tute conseruetis.

Hoc cum causæ ipsius dignitas à uobis impetra-  
re debet, tum est uestræ uirtutis, quorum fortitudi-  
ne ciuitas propugnata aliquando fuit, eorum prote-  
gere fortunas atque tueri.

Summa à uobis gratia contendo atque exigo, si  
neminem iniuste læsi, nullius uiolauerim fortunas,  
aut offenderim uoluntatem, sit apud uos innocen-  
tie meæ perfugium, auxilium pudori, salus afflictæ  
& oppressæ dignitati.

In oratione pro Marena eiusmodi est: Vos, inquit,  
pro mea summa in Reipublice diligentia moneo, pro  
hominis dignitate hortor, pro magnitudine pericu-  
li obtestor, uestram denique fidem amici officio ad-  
ductus oro atq; obsecro, ut ne hominis miseri, & a-  
nimi dolore confecti, & lachrymis perditæ fortunæ  
dignitatemq; ab inimicis conuelli patiamini. Vos ob-  
secro, quorum potestas proxime ad deorum immorta-  
lium numen accedit, adhibeatis in hominis fortunis  
misericordiam, in salute prudentiam.

si tua natura præses ampliss. pudorem, bonitatem,  
uirtutemque diligit, leua quæso me in falsa inuidia  
uersatum.

Istud mihi à te impetrare debere uideor, ut mea  
saltem religio, fides omnibus perspecta, existimatio,  
aliquid apud te momenti habeat.

Vos imploro atque obtestor iudices, ut si omnes  
meæ curæ, uigiliæ cogitationesque ad communem ci-  
uium salutem, innocentissimorumque hominum de-  
fensionem laborauerint: si hunc miserum, affli-  
ctum, & infelicem reum cum acerba fortunæ inui-  
dia, tum pertinax certorum hominum odium oppres-  
serit: si anteactæ uitæ dignitas & præclara in Re-  
publicam merita ad culpæ deprecationem plurimum  
semper ualuerint, ut quæ mea in hoc defendendo fue-  
rit fides, eadem uestra in hoc absoluendo misericor-  
dia sit atque pietas.

Uestra erit misericordie ac pietatis iudices, leua-  
re hunc miserum, afflictum, & in falsa inuidia uer-  
satum reum, iacentem atque iniquis criminationibus

oppressum ad spem salutis erigere atque excitares  
fauere uoluntati optimorum hominum, quos hic sup-  
plices & multis lachrymis huius rei culpam non stu-  
dio, sed casu admissam deprecari intelligitis.

INDICAVIMVS FERERE PRO EIVS,  
quod in hoc studium exiguum admodum impende-  
re uoluimus, temporis ratione, aliquot communi-  
res omnium causarum generum elocutiones, qua-  
rum exemplo alias iuuentus in Ciceronis lectione  
uel colligeret, uel obseruaret. sunt enim infinitae, nec  
unum in locu cogi possunt, cuiusmodi sunt & illae.

## Gratulandi.

**G**RATVLIOR ISTAM TI-  
bi raram felicitatem. Gratulor, inquit,  
Cicero tibi: letorque cum praesenti, tu  
etiam sperata tua dignitate, serius,  
non negligentia, sed ignoratione rerum  
omnium. Gratulor tibi de maximis & immortali-  
bus triumphis. Omnes istam tibi excelsam & admi-  
rabilem rerum gestarum gloriam gratulantur, per-  
petuamque tibi fore exoptant. Ex gloria tuae ampli-  
tudine non minor iucunditatis sensus ad omnes nos  
peruenit, quam laudis ad te perueniat commenda-  
tio. Exempla pulcherrima sunt apud Ciceronem in  
epistolis: plurima apud D. Erasmus Roterod. in li-  
bris de uerborum & rerum copia.

## Vitam agere.



**S**PIRITV AEREM DVCE-  
re. Ducere animam, anhelitu. Expetere  
uitam. Exuperare anima. Quamobre,  
inquit Cicero, memoriam beneficij  
uestri beneuolentia sempiterna non  
solum dum anima exuperabo mea, sed  
etiam cum mortuo uestri in me beneficij permanebunt.  
Vitam inopem & uagam persequi, hoc est, uitam misere  
exigere. Vitam praeparare. Vita mihi suppetit. Vita ser-  
uare. Ad summam senectutem peruenire. Vitam uiuere,  
colere. Vitam tranquille placideque traducere.

## Mortem obire.



**A**NIMAM EFFLARE. ANI-  
mam agere. E uita abire. Mortuum con-  
cidere. Mortem concipere. Concidere  
atque extingui. Homo innocens falsis  
criminibus oppressus statim concidit  
atque extinctus est. Consciscere mortem. M. T. Cicero  
in epist. Aut capiedus exilio locus, aut consciscenda  
mors uoluntaria. A uita per inedia discedere. Do-  
lore consumi. Lateris dolore consumptus est. Natu-  
ra decedere. Ad Atticu. Pater naturae decessit. Agere  
animam. Excedere e uita. Vitam expilare. Vitam  
cum sanguine effluere. Salutem extinguere. Inferre

mortem. Interfit inter uitæ dignitatem maiorum atq; infimorum: mors quidem illata per scelus, iisdem pœnis teneatur & legibus. Mortem inimicus matu-  
rabat. Is enim ex hominũ uita ad deorum religionẽ ac sanctimoniam demigravit. Mori repentino desi-  
derio alterius. Habes exempla apud Liuium libro belli punici secundo. Morte mulctari. Mortem pro patria occumbere gloriosum & piũ est. Pro patria bonus quis nõ dubitet oppetere. Exturbari anima. Mors necessitatẽ habet fati: aut si ante õnia oppetẽda est, oppetatur cũ gloria. Mortẽ funestis manibus adferre. Honestã mortẽ fugiendam, sepe etiã appetendã putauit.

EXPOSUI ferẽ, ut potui, quæ ad cõparadũ uerborũ apparatus ptinet. nã de reliquis oratiõis tropis ac figuris, de argumẽtis, assũptis, atq; applicatiõib⁹, quoniã earũ ratio in rhetoricis præceptiõibus à me tradita est, nolui longiorẽ hic instituere orationem.



## De quarundã di-

ctionum structura atq; iũctione.

**M**AGNAE EST ARTIS ET IN-  
genij præstantis, posse in oratione, qua-  
rerum naturas explicamus, uerba aptè  
struere atq; illuminare. Nulla enim ad-

mirabilior orationis dignitas, quàm quæ dictio-  
num apta iũctione & tanquã certa quadam uer-  
borum conuersione sit contexta, esse fingiq; potest.  
Vt enim in corpore humano, sic in oratione magnã  
habet deformitatem deprauationẽq; uerborũ in-  
epta & deformis structura. Nam & florentẽ illũ  
orationis impetum, tanq; scopulo obiecto, infringit;  
& eam, quam ex apta uerborum collocatione habi-  
tura erat, dignitatem extinguit uniuersam. Quæ  
uerborum cura quoniam à nobis hodie abiicitur, sit  
quoq; ut in dicendo infantes, in scribẽdo ieiuni atq;  
aridi simus. Incidimus enim & ætate, & nimia no-  
stra negligẽtia in eam ueteris eloquentiæ perturba-  
tionẽ, nullus iam ut sermo rectus uel latinus ha-  
beatur. Hæc me causa impulit, ut explicatis de imi-  
tatione ac dicendi uis præceptionibus, pauca quæ-  
dam de apta uerborum structura hic præcipiam.

Non	} solum	} Verumetiam	
Nec			} sed eo etiam magis
Neque			
Hon	} modo	} sed uix oratione consequi	
Neque			
Non tantum		} sed & animam tibi debeo	

Cicero in dialogo de oratore. Non sententijs solum,  
sed uerbis etiam orationẽ ornatam esse oportet. &  
Eijcere ex animo omnes affectiones non modo uir-  
tutis non est, sed potius immanitatis, omnem huma-  
nitatẽ repellentis. Probam mulierẽ decet non tantũ  
culpa carere, sed etiã à sceleris suspicione abesse.  
p. iij.

causa nulla est  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Quamobrem} \\ \text{Quare} \\ \text{Cur} \\ \text{Quin} \end{array} \right. \text{Mibi irascaris}$   
 Nisi quòd laudi inuideas  
 Vt parua offēsiōe cōmotus, opti  
 morū hominū uolūtāt ē negligas  
 cum  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Primū Romā ueni, nihil prius faciūdu puta} \\ \text{ui. Cice. in epistolis fa.} \\ \text{Maxime. Vt. Antea plurimū te amauī, &} \\ \text{nūc cum maximē te diligo.} \\ \text{Primis. Vir cum primis honestus.} \end{array} \right.$   
 Interea  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Interim} \end{array} \right. \text{Utrūq; in oratione pro P. Sylla}$   
 à prima adolescentia  
 ide à p̄cipio huius urbis  
 ab illo tempore  
 iam  $\left\{ \begin{array}{l} \text{usq; à priscis tēporibus} \\ \text{antea petiui abs te} \\ \text{nūc admodum delector} \\ \text{tūc de ijs cogitare cœpi} \end{array} \right. \text{extant in Cice-}$   
 ronīs oratiōib;  $\left. \begin{array}{l} \text{passim exēpla.} \end{array} \right.$   
 ut  $\left\{ \begin{array}{l} \text{ita} \\ \text{sic} \\ \text{item} \end{array} \right. \left\{ \begin{array}{l} \text{ut homo est, ita feras} \\ \text{ut res sunt, sic animus. ut de no-} \\ \text{bis, item de alijs ferē iudicamus} \end{array} \right.$   
 itē  $\left\{ \begin{array}{l} \text{atq; Gloria nō itē affectanda atq; sequenda.} \\ \text{ut Nō itē boni, ut mali qdlibet sibi pmittūt.} \end{array} \right.$   
 ita  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Vt Est iudices ita, ut dicitur} \\ \text{Quemadmodum. Est ita impudens quē-} \\ \text{admodum audiuitis} \\ \text{Quam Nō ita doctus, q̄ habetur} \end{array} \right.$

sic  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Quasi} \\ \text{Tanq̄} \end{array} \right.$

Cice. in dialogo de senectute. Literas Græcas sic auī  
 de arripui, quasi diuturnam sitim explere, cupiēs.  
 In epistolis familiaribus. Apud eum sic fui, tanquā  
 domi meæ.

Quasi — ita. Cicero in oratione pro Quintio.  
 Quasi tua res aut honos agatur, ita laboras.

Tanquam  $\left\{ \begin{array}{l} \text{pro ueluti & quasi} \\ \text{ita} \\ \text{si} \end{array} \right.$

Cice. in Tusculanis quæstionibus. Gloria inquit, uir-  
 tutem tanquam umbra sequitur. Pro Sexto Roscio.  
 Qui tanquam si offusa Reipublicæ sempiterna nox  
 esset, ita ruebant. In epistolis. Sic illum semper ama-  
 ui, tanquam si frater esset meus.  
 sicut — item. Cicero. Nihil est, quòd cogat ho-  
 mines sicut in foro non bonos oratores, itē in thea-  
 tro malos actores perpeti.

item  $\left\{ \begin{array}{l} \text{atque} \\ \text{ut} \end{array} \right.$

Non item in comædijs, ut in tragædijs animorum  
 motus regnant. Non ita comoda in quibusdam  
 mulieribus forma est, atque grata.

Tam — quàm. Tam deest auaro quod habet,  
 quàm quod non habet. Cicero in oratione post re-  
 ditum. Non tam necessarium est, malè meritis re-  
 ferre quod debeas, quàm ut bene meritis colas.



Tantum { ut  
quantum

In epistolis. Tantū abest, ut ne cogitauerim quidem.  
Ad Atticum. Nec tantū proficiebā, quantū uolebā.

Tanti { ut  
quā quod

Cicero in officijs. Est igitur ulla res tanti, aut comodum ullum tam expetendum, ut uiri boni & splendorem, & nomen amittas? In oratione pro A. Milone. Id quidem non tanti est, quā quod &c.

Tantidem ——— quanti

Cicero pro Sexto Roscio. Is uoluntatem municipum tantidem, quanti fidem suam fecit.

Tantisper ——— dum: uulgō, donec

Cic. in epist. Tantisper dū efferuescat hæc gratulatio.

Similis { ac

Simile {

Dissimile {

Similiter {

Nō similis est hodie honorū cupiditas, atq; fuit olim florēte Repu. Romana. Qui moderata atq; æquabili fortuna cōtēti nō sūt, similiter faciūt, ut qui in magna tranquillitate tempestatem subire cupiūt. Cic. lib. 1. offic. Apud Plat. est, similiter facere eos, qui inter se cōtenderent, uter potius Remp. administra ret, ut si nautæ certarent, quis eorum potissimū gubernaret. Exēpla ubique sunt frequentissima.

Perinde { ut  
Quasi  
Ac si  
Atq;

Alienas iniurias perinde ut nostras dolere debem⁹. Impudētia est, quod nunq̄ factū est, perinde quasi factū sit, cōfirmare. Perinde triūphas, ac si iam uiceris. Vereor, inquit Cicero in oratione pro M. Marcello, ut hoc quod dicam, non perinde intelligi audiatu possit, atq; ego ipse cogitans sentio.

Ironiam non { Quasi uerō } Exempla non sunt  
nunq̄ habēt. { Perinde quasi } obscura.

Alius { Atque.

Aliud { Ac.

Aliter { Nisi.

Ad Lentulum. Non alius essem, atque nunc sum. Aliud honestum iudicas, atque ego existimem. Plērique aliud dicunt, ac sentiunt. In epistolis. Ne sim saluus, si aliter scribo ac sentio. Cicero in Tusculanis quæstionibus. Nil aliud, inquit, est discere, nisi recordari. Et simpliciter hæc dictio, aliter, usurpatur, pro alia ratione. Cicero ad Atticum. Fieri aliter nō potuit. & Res aliter habere se non potuit.

Secus { Ac

Contra {

Statim {

Confestim {

Atque  
Quam

Pro L. Murena. Non secus, ac si esset frater. & simpliciter sine particula usurpatur. In personem. Rectè an secus, nihil ad nos. Cicero pro Pub. Sylla. Iam enim faciam contra, atque in cæteris causis fieri solet. Ad Quintum fratrem. Factū est enim



Non est difficilis harum dictionum observatio: mediocris quaedam in dicendi scribendique usu diligentia adhibeatur, quæ efficit, ut quàm doctissimè & elegantissimè loquamur.



## De orationis

compositione, iunctura,  
sonis & numeris.

**N**ON EST MEDIOCRIS laus, cum ad orationis dignitatē augēdam, tum uerò ad animi auriūmq; iudicium parādum, posse uerba aptè collocare, ordine disponere, iunctura uincire, syllabis dinumerare. Habent enim admirabilem cum gratiam, tum delectationem sententiæ, quæ suauissimis uerbis, elegante uerborum concinnitate, & numerosa comprehensione efferuntur. Et sicut in substructionibus, aut etiam uilioribus rebus mirificam uoluptatem adfert apta collocatio, ita nihil uehementius ad permouendos animorum motus hac orationis cōstructione fingi potest: quam ut sty-

lus exercitatus facilem efficit, ita eum Cicerò uetat nimium concisam aut minutam fieri. Modus igitur, & prudens animi ratio in hanc uerborum coniunctionem erit conferenda: quando hæc res una uel maximè oratorem ab imperito distinguit, quòd hic sine structura, sine numeris, sine sono, magna spiritus cum uehementia inconditè omnia fundit: in illius uero oratione, uerborum compositio numero se & aptè cadit, & ueluti orbem suum conficit. Indicauimus priore in libro eius aliquot præceptiones. quare hic solū capita, & tanquam ἀνακεφαλαίως, sive paucis enumerabimus.

QVINTILIANVS COMPOSITIONEM diuidit in ordinem, numerum & iuncturam. Ordo facilis est, in mediocri animi prudentia positus, ut uerba & res, quod ferè natura præscribit, augeantur atque amplificentur: & sententia uerbo claudatur. Grammaticorum hæc ferè est institutio & mediocris quaedam observatio.

Cicero collocationis partes facit  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Iuncturam} \\ \text{Voces sonosque uerborum} \\ \text{Numerum aptè cadentem} \end{array} \right.$

IVNCTVRA IN VERBORVM NATURA atque usu, in orationis incis, mēbris, & periculis maximè desiderat diligentiam. Nam & prudentiæ est, posse rectum uerborum & rerum iudicium facere: cum indocta etiam consuetudo in hunc suauitatis iucunditatisque, quam uerborum concinnitas, conuersio, & apta iunctura excitat, ambitum incumbere soleat. & latè hic locus patet, de quo

olim Marcus Varro, ac plerique alij totos conscripserunt libros.

SONVS VERBORVM ET VOCES in primis orationis dignitatem ornant. Legenda igitur uerba bene sonantia, non tamen nimium affectata, aut poetarum more ad sonum exquisita, qualia ferè sunt in hoc Vergilij carmine:

Vasto rex Aeolus antro

Luctanteis uentos, tempestatésque sonoras  
Imperio premit, ac uinclis & carcere frenat &c.  
Maior poetæ, qui ubique carminis maiestatem quaerit, concessa est uerborum libertas. Oratori sanè uerba erunt de medio sumenda, quæ tamen nec humilia sint, nec sordida, nec insuauia.

NUMERVS VOCVM HABET DIMENSIONEM, cuius in clausulis maximum fit iudiciũ, eiusque duplex est ratio: alter enim gratiam quandam à figura uerborum habet concinnitatem: alter sponte sua ac natura orbem suum conficit. Gorgias eos primum numeros inuenit, qui ex uerborum conficiuntur concinnitate. Thrasymachus diligentius quàm orationis libertas ferat; omnem uerborum structuram in minutos redegit uersiculos. Isocrates totum genus temperauit, ne uel numerorum astricta esset seruitus, uel dissoluta uerborum compositio. In hanc rationem quoniã mirabiliter multa Cicero scripsit, debet ad illius se lectionem percipiendam imitandamque iuuentus conuertere: nos quoque de numeris amplius priore in libro scripsimus.

HAEC NOBIS DE IMITATIONIS partibus, de consilio, de materia, de assumptis, de affectionibus, de uis dicendi, de locis aliquot ex ordiendi, de orationis uinclis atque iunctione, de compositione eiusque formis, ut temporis ratio postulabat, in communem studiorum utilitatem exciderunt: in quibus colligendis, ut propter grauem communium temporum conuersionem, cuius acerbitate studia nostra uehementer impediebantur, nõ nullã operæ posuimus, secuti ornatissimorũ adolescentiũ PET. PAULI CARAGOSSAE, ET RAPHA. IOAN. GILII (quos studiorũ societas, & similis penè fortuna in eandem pertraxerat perturbationem) honorificam uoluntatem & excelsum in omni ingenij gloria adipiscenda conatum, ita ualde optamus, ut hæc quacumque sint, prodesse possint iuuentuti.

FINIS.